11 tionum, cui creditur, ſi veriſimiliora contineat, *Iaſon in repetition. l. admonendi, n.* 121. *de iure iurando*, quia veriſimile attendendũ eſt in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, *l.* 3. §. 1. *ff. de teſtib. Menoch. de arbitr. caſu* 108. *nu.* 17. *Decius in l.* 1. *ff. ſi certum pet.*

12 Ratio eſt, quia omne, quod eſt veriſimile dicitur veritatis imago, *c. in noſtra de teſtibus, Crauett. in conſ.* 67. *nu.* 65. *Menoch. de arbitr. caſu* 472. *lib.* 2. *cent.* 5. *nu.* 79. *Afflict. deciſ.* 263. *in fin.*

13 Et quod eſt longè à veriſimili, dicitur falſitatis ſpeculum, *Gram. deciſ.* 28. *num.* 1. *de Laurentijs deciſ. Auen.* 64. *nu.* 1. facit *c. quia veriſimile de præſumpt.*

14 Ampliatur quintò in fama duplici concurrente, quia veriſimilior attenditur, *Magon. dec. Luc.* 46. *Crotus in tract. de teſtib. p.* 5. *n.* 204. *Gutier. in conſil.* 35. *nu.* 22. *de Laurentijs deciſ. Auen.* 64. citat *num.* 1. & 2.

15 Ampliatur ſextò in maiori veriſimilitudine, quæ minorem excludit *Albertin. in tract. de hæreticis q.* 35. *n.* 2. *de Laurentijs deciſ. Auen.* 117. *Soc. in conſil.* 263. *col.* 2. *vol.* 2. *Decius in conſ.* 165.

16 Ampliatur ſeptimò in præſumptione validitatis actus, quæ eſt efficacior, & potentior quacumque alia probatione contraria, *Aym. de antiq. temp. par.* 1. *n.* 2. *Ant. Gabriel. concl. lib.* 1. *concl.* 8. *in tit. de teſtib. n.* 28. *Præſ. de Franch. dec.* 649.

17 Ampliatur octauò in præſumptione, quæ ſemper illa capienda eſt, quæ facit actum validiorem, & perfectiorem, *l. quoties, C. de rebus dubijs, Cagnol. in l.* 1. *n.* 37. *ff. de iudicijs, Ludouic. dec. Luc.* 3. *de Laurentijs dec. Auen.* 38. *n.* 11. *Albertin. in tract. de hæreticis quæſt.* 36. *num.* 2.

18 Hinc eſt, quod in omnibus iuribus ſpiritualibus, & beneficialibus ſemper titulus eſt attendendus, *gloſ. in d. c. licet, in verbo potiores, Barboſ. de off. Parochi, cap.* 28. §. 2. *n.* 44.

Et titulus iuſtior *Io. And. in regul. qui prior, de reg. iuris lib.* 6. *Boerius deciſ.* 29. *n.* 30. ex quo cauſatur poſſeſſio verior, & magis iuſtificata, *Bertachin. in tract. de Epiſcopo lib.* 4. *p.* 2. *in verbo ſequitur, n.* 17. *Garzia de benef. cap.* 2. *par.* 3. *num.* 92. *Pariſ. de reſign. benef. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus non deponentibus veriſimilia nõ debet fides adhiberi, & de falſo ſuſpecti ſunt, num.* 2.
3 *Intellectus ille eſt veriſimilis, qui ſubiectæ materiæ eſt aptior.*
4 *Verba intelligenda ſunt iuxta materiam, etiã per impropriationem verborũ. n.* 5.
6 *Iudex non veriſimilibus non debet fidem adhibere.*
7 *Confeſſio ſi non eſt veriſimilis, non facit probationem, nec nocet confitenti.*

QVÆSTIO III.

An teſtibus veriſimilia non deponentibus debeat fides adhiberi?

Acceſſoria quæſtio eſt, pro cuius reſolutione dicas, quod teſtibus veriſimilia non deponentibus non debet
1 fides adhiberi, *c. quia veriſimile de præſumpt.* facit, *l. quæſitum, ff. de teſtib. l.* 3. *ff. eod. Nauarr. in conſ.* 1. *de homicidio lib.* 8. *Ant. Butrius in c. licet cauſam, verſ. cæteris partibus de probat. Decius in conſ.* 165.

Ampliatur primò in teſtibus veriſi-
2 miliora non deponentibus, qui de falſo ſuſpecti ſunt, *Alex. in conſ.* 103. *viſis, & narratis, lib.* 3. *Rum. in conſ.* 63. *vol.* 1. *Roman. in l.* 1. §. *fin. de verb. obligat. Albertin. in tract. de hæreticis q.* 35. *n.* 9.

Ampliatur ſecundò, quia ille intelle-

Ctus

ctus eſt veriſimilis, qui ſubiectę materię
5 eſt aptior, *l. quoties de reg. iuris, Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. Pariſius in conſ. 67. vol. 2. Decius in conſ. 68. idem in cap. licet, nu. 9. de probationibus*,

Ampliatur tertiò, vt iuxta materiam
4 ſunt intelligenda verba, etiam per impropriationem verborum, *l. ſi vno, ff. locat. Ant. Gabriel. in tract. de teſt. concluſ. 1. verſ. 1. amplia n. 30. Albertin. in tract. de hæreticis q. 24. n. 8.*

Ampliatur quartò, etiam in materia,
5 in qua ſtricta debet fieri interpretatio, *Tiraq. in l. ſi vnquam n. 37. C. de reuocan. donat. Aemilius in conſ. 159. n. 2. Nauarr. in conſ. 1. de homicidio.*

Ampliatur quintò, in iudice, qui non
6 veriſimilibus non debet fidem adhibere, *Marſil. in d. l. 1. ff. de quæſt. Pariſ. in conſ. 109. col. 11. vol. 1. Ludouic. deciſ. Luc. 3. de Laurentijs decis. Auen. 38. n. 22.*

Ampliatur ſextò, in confeſſione torti, quæ ſi non eſt veriſimilis, non facit
7 probationem, *Bal. in l. ſi quis hoc genus, C. de Epiſcopis, & Clericis, de Laurentijs deciſ. Auen. 23. n. 10. Aym. in conſ. 75 col. 2.* nec nocet confitēti, *Innoc. in c. auditis in fine de præſcript. Anchar. in conſ. 257.*

SVMMARIVM.

2 *Inditia, vt dicantur legitima pro tortura, debent eſſe veriſimilia, probabilia, & luce meridiana clariora, n. 2.*

3 *Confeſſio torti nocere non ſolet, vbi legitima inditia non præceſſerint, etiam ſi reus in confeſſione perſeueret, num. 4. etiam ſi eſſet quæſtio ſuper grauiſſimo ſcelere, n. 5. etiam ſi eſſet quæſtio ſuper crimine aſſaſſinij, nu. 6. etiam ſuper crimine læſæ Maieſtatis n. 7. etiam ſi maiora inditia superuenerint, n. 8.*

9 *Conſequentia nulla bona ducitur ex cauſa principali corrupta.*

Et ex radice arida, & infecta fructus nō naſcuntur.

10 *Languescente capite, omnia membra languescunt.*

11 *Contractus ſi non valet, neque guarentigia.*

12 *Fundamento destructo principali omnia ſuperædificata corruunt.*

QVÆSTIO IV.

An confeſſio torti noceat reo, ſi legitima inditia non præceſſerint.

AFfinis quæſtio eſt pro cuius reſolutione, dicimus, quod inditia, vt di-
1 cantur legitima pro tortura debent eſſe veriſimilia, non leuia, aut perfunctoria, *l. 1. ff. de quæſt. l. milites §. oportet, C. eod.*

Sed grauiora, vrgētia, & clara, *Aloyſ. Riccius in collect. decis. 1315. Tartal. in prax. crim. cap. 11. n. 6.*

Ampliatur primò, quia inditia debēt
2 eſſe luce meridiana clariora in tantum, vt iudex non ſolùm ſit certus de delinquente, ita vt nil aliud deeſſe videatur, niſi ſolùm confeſſio eiuſdem rei, *d. l. 1. in illis verbis, niſi tolùm confeſſio ſeruorū: conſtant Papa in praxi arbitraria M. C. V. cap. 4. n. 121. Reg. Rouit in prag. 1. de bonis proditorum, n. 23.*

Ampliatur ſecundò, in confeſſione
3 torti, quæ nocere non ſolet, vbi legitima inditia non præceſſerint, *dict. l. 1. de quæſt. Angel. in verbo quod fama publica, n. 26. de Laurētijs decis. Auen. 15. n. 16. Florid. Mauson. in tract. de caus. exequutiuis, & contrabannis q. 10. n. 37. Tartalia in prax. crim. cap. 11. n. 6. Regens Rouit. in d. prag. 1. n. 36.*

Ampliatur tertiò, etiam ſi reus in cō-
4 feſſione perſeueret, *Clarus in § fin. q. 64. n. 19. Farinac. in tract. de carcerib. q. 8. idē tract. de indiijs, & tortur. q 37. n. 10.*

Ampliatur quartò, etiam ſi eſſet tor-
5 quendus reus ſuper grauiſſimo ſcelere, *Gram. decis. 56. n. 1. de Laurentijs, d. decis. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 84. Riminal. iunior in cons. 101. in crim. lib. 1. n. 16.*

Ampliatur quintò, etiam ſi agatur, &
6 eſſet quæſtio ſuper crimine aſſaſſinij, *Carrer. in prax. tract. 2. de indiijs, & tortura, §. circa quartum, n. 7. Farinac. in dict. quæſt. 37. n. 8.*

Amplia-

7 Ampliatur ſextò, etiam ſi eſſet quæſtio ſuper crimine læſæ Maieſtatis, *l. ſi quis, C. ad l. Iuliam maieſtatis, Gram. voto 34. Rolan. in conſ. 12. num. 33. Brun. de ind. & tortura, q. 2.* citati à *Rouit. in dict. prag. de bonis prodit. n. 23.*

8 Ampliatur ſeptimò, etiam ſi maiora inditia ſuperueniãt poſt torturam, *Tartalia in prax. crim. cap. 11. nu. 8. Angel. de malef. in verbo, che hai tradito la tua patria, in princip. Brun. in d. tract. q. 2. nu. 8. & ſeq.* citati à *Rouit. in d. prag. 1. de bonis prodit. num. 22.*

9 Ratio eſt, quia nulla bona conſequẽtia ducitur ex cauſa corrupta, & principio inualido, *Bald. in l. fin. ff. de verb. ſignif. gloſ. in c. Nam concupiſcẽtiam in verbo vnde omnia de conſtit. Gail. lib. 2. obſeruat. 115. de Laurentijs dec. Auen. 86. n. 5.*

Et attento illegitimo principio, id, quod ſequitur nullum, & inualidum eſt, *Bart. in l. reſpiciẽdum, ff. de pœnis, l. Paulus ff. de ſtatu hominum, l. 2. de concubin. Bald. in conſ. 129. de Laurentijs decis. Auen. 6. num. 18.*

Hinc eſt, quod ex radice, arida, & infecta fructus non naſcuntur, *c. cum Paulus, 1. q. 1. c. pœnale, 14. q. 3. c. denique, 8. diſtinct. de Laurentijs, dec. Auen. 70. n. 2.*

10 Et ſi naſcuntur non depaſcuntur, *cap. inter dilectos de fide inſtrum. l. vltima, C. de reb. eccl. non alienand.* & langueſcente capite cœtera corporis membra lãgueſcunt, *cap. ſunt plurimi 6. q. 1. de Laurentijs dec. Auen. 19. n. 1.*

11 Et ſi non valet contractus, neq; guarentigia, *l. fin. ff. de conſtit. pecun. Alex. in conſ. 81. lib. 3.*

Ratio eſt, quia cõtractus dicitur omnium clauſularum caput, *l. non dubium, C. de legibus, de Laurentijs d. decis. 15.*

12 Et deſtructo principali fundamento, omnia ſuperædificata corruunt, *Canalcan. decis. 12. n. 38. Rouit. in prag. 11. de feudis n. 74.*

SVMMARIVM.

1 Ius præſentandi ſi à principio non conſtat, cui cõpetat, & Epiſcopus admittit præſẽtationem poſſeſſoris iuris præſentandi, & patroni, cum proteſtatione tamen admittere debet, vtrãq; præſentationem.

2 Præſentatio illius valet, qui in poſſeſſione præſentandi reperitur.

3 Poſſeſſio ſemper plus iuris tribuit.

4 In dubijs ſemper pro poſſeſſore iudicandũ.

5 Quando nemo eſt in poſſeſſione, præſentatio patroni cum titulo valet.

QVÆSTIO V.

An, & quando duo patroni præſentant, vnus aſſerit exiſtere in poſſeſſione præſentandi, & alter ad ipsũ ſpectare ius præſentandi, qui habet titulum conceſſionis, quid debeat facere Epiſcopus?

PRima concluſio: ſi duo patroni præſẽtant, & vnus aſſerit exiſtere in poſſeſſione præſentandi, & alter ad ipſum ſpectare ius præſentationis, quia habet titulum conceſſionis iuris patronatus, & non clarè conſtat à principio, cui ſpe-
1 ctet ius præſentandi: Et Epiſcopus admittit vtramque præſentationem cum proteſtatione tamen admittere debet, ſi, & in quantum alter doceat de poſſeſſione: ita docet *Abbas in cap. ex literis de iure patronatus, glo. in l. ſi duo in verbo & vincetur. ff. vti poſſidetis, facit, c. quod autem de iure patronatus.*

Ampliatur primò, vt ſemper vox il-
2 lius valere debet, qui in poſſeſſione præſentandi reperitur, *glos. in c. conſultationibus in verbo poſſidebat de iure patronatus, Rochus* Curtius *in tract. de iure patronatus in verb. competens, q. 20. nu. 43. Tiraquel. in tract. de iure primog. quæſt. 17. opin. 11. n. 40. Ruding. variar. lect. feud. cap. 27. num. 5.*

Ampliatur ſecundò, quomodocumque conſtat alterum in poſſeſſione præſentandi reperiri valebit illius præſentatio placuit, *Oldrad. in conſ. 285. Abbas*

in

ibid. l. conſultationib. Io: Lupus de donat. inter vir. & uxor. §. 9. n. 10.

Et præferendus eſt *Praſct de Franch. deciſ. 67. &* in *deciſ. 645. n. 8.*

3 Ampliatur tertiò, poſſeſſionem ſemper plus iuris tribuere, *l. ſi duo, ff. uti poſſidetis, Curat. in repetit. §. Nihil commune, n. 17. de acquir. poſſeſſ. de Franch. dec. 150. n. 12. aliàs in deciſ. 441. n. 8. Gutter. practic. quæſt. lib. 1. q. 131.*

4 Ampliatur quartò, vt in dubijs ſemper pro poſſeſſore iudicandũ ſit, *Aemilius in conſ. 50. n. 15. Roman. in conſ. 119. n. 5. Camill. de Medicis in conſ. 1. n. 15. Tiraq. in tract. de iure primogen. qu. 17. opin. 21. n. 49. Thorus add. ad Tiraq. in tract. de privileg. cauſ. piæ ſingul. 10. Ruding. variar. lect. feudal. cap. 27. n. 16.*

5 Declara quando nemo reperitur in poſſeſſione præſentandi, & aliquis obtinuit conceſſionem iuris patronatus in aliqua Eccleſia ab Epiſcopo, tunc valebit præſẽtatio, *Abb. in d. c. conſultationibus Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens, qu. 20. Theſaur. deciſ. 206. num. 15. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *In omnibus controuerſijs data poſſeſſione æquali, & probationibus æqualibus obtinere debet is, qui habet titulum.*

2 *Poſſeſſio cum titulo ſemper vera præſumitur.*

3 *Statutum loquens de poſſeſſione, & poſſeſſore, locum habet in vero poſſeſſore cum titulo.*

4 *Conductores non poſſident, ſed magis ſunt in poſſeſſione.*

5 *Poſſidere non dicitur hæres uſufructuarij.*

6 *Domini per poſſeſſores, & conductores poſſident.*

7 *Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe.*

8 *Legitimo poſſeſſori tantùm cum titulo defertur vaſa pari cauſa, melior ſit conditio poſſidentis.*

9 *Pro poſſeſſore cum titulo præſumitur etiã ſi titulus ſit putatiuus.*

10 *Titulus dubius poteſt cauſare bonam fidem, & etiam titulus inualidus. num. 11.*

QVÆSTIO VI.

An data poſſeſſione æquali, & probationibus æqualibus, in omnibus controuerſijs obtinere debet is, qui habet titulũ.

PRima concluſio. In omnibus cõtrouerſijs data poſſeſſione æquali, &
1 probationibus æqualibus obtinere is, qui habet titulum, *Guid. Pap. deciſ. 85. n. 2. Theſaur. deciſ. 206. n. 15. facit, l. certum, C. de rei vendic. Barboſ. de off. Parochi, cap. 28. §. 2. n. 44.*

2 Ratio eſt, quia poſſeſſio cum titulo ſemper vera præſumitur, *Anton. Butrius in c. grauis de reſtitut. ſpoliat. Ant. Gabr. in tract. comm. concluſ. in tit. de acquirend. rer. domin. concluſ. 3. lib. 5. n. 6. Nicolaus de Neapol. in §. ſi quis à domino, inſtit. de rer. diuiſione.*

Ampliatur primò, quia etiã bonæ fidei poſſeſſor abſq; titulo ſaltim putatiuo non facit fructus ſuos, *Bal. in l. 1. col. 2. C. de uſuris, & fructibus legatorum, Afflict. dec. 119. num. 6. de Laurentijs deciſ. Auen. 104. nu. 10.* vel poſſeſſio pacifica, & quieta, quia tunc facit fructus ſuos, quia poſſeſſio huiuſmodi dicitur titulus, *Felyn. in c. Simoniace n. 6. de Simonia, Boerius deciſ. 217. nu. 3. Rebuff. in concordatis de pacif. poſſeſſ. n. 192.*

3 Ampliatur ſecundò in ſtatuto loquẽte de poſſeſſione, & poſſeſſore, vt habeat locum in vero poſſeſſore cum titulo, non indetentore, qui verè, & propriè non poſſidet, *Aretin. in rubr. de acquirend. poſſeſſ. de Laurentijs deciſ. Auen. 109. Couarr. de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 9.*

4 Hinc conductores non poſſident, ſed magis ſunt in poſſeſſione, vel eſſe dicũtur, *l. 3. in fine, ff. de acquirend. poſſeſſ.* qui titulo carent, *Neguz. in. in tract. de pignoribus 2. membr. 3. par. n. 16.*

5 Et detinere magis, quàm poſſidere iſti dicuntur, *Rimin. ſenior in conſil. 12. n. 25. Magon. deciſ. Luc. 53. n. 25.*

Hinc poſſidere nõ dicitur hæres vſu-

fructuarij, *l. Vxor patrini, C. de legat. facit l. 2. § fin. ff. quibus modis vſusfructus finetur, de Laurentijs dec. Auen. 104. n. 10.*

5 Et magis alieno nomine, quàm proprio nomine poſſidere, *Crauett. in cõſ. 5. n. 1.* cum per conductores domini poſſidere dicuntur, *Magon. d. deciſ. 53. nu. 23.*

7 Nam aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione, *l. poſſideri, §. fin. de acquir. poſſeſſ. Rudinz. variar lect. feudal. cap. 46. n. 8. Doctor Io: Martinus Salſanus concinis meus in alleg. in vna cauſa iuris patronatus S. Angeli de Geiis.*

8 Ampliatur tertiò, vt tantum legitimo poſſeſſori deferẽdum ſit, vt in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis cum titulo, *Barbat. in c. 1. col. 3. de probat. Magon. deciſ. Luc. 8. n. 26. Dilectus de arte teſtand. in tit. de acquir. vel repudian. hared. cautel. 20.* idem *Barbat. in conſil. 33. col. 8. Regens Rouit. in prag. 11. de feud. num. 88.*

9 Ampliatur quartò in poſſeſſore cum titulo putatiuo, qui etiam eſt habilis ad inducendam preſcriptionem, *l. . § nõ autem, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas, Guid. Papa deciſ. 446. n. 1. Balb in tract. de praſcript. 1. par. 3. par. nu. 15. Coſta de remed. ſubſid. remed. 122. n. 25.*

10 Ampliatur quintò in titulo dubio, qui poteſt etiam cauſare bonam fidem, *Decius in conſ. 29. Socc. in conſ. 267.* & iuſtam cauſam præſcribendi, *Caualcan. deciſ. 27. n. 19.* & inducere conſuetudinẽ, *De Laurentijs deciſ. Auen. 70. nu. 11. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 53. n. 9.*

11 Ampliatur ſextò, etiam in titulo inualido, qui ſimiliter præſtare poteſt iuſtam cauſam præſcribendi, *Guid. Pap. deciſ. 160. nu. 7.* & ibi addentes *in verbo iuſtam cauſam praſcribendi, Ant. Gabr. comm. conclus. in tit. de praſcription. conclus. 14. in fine Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 8.*

S V M M A R I V M.

1 Duo patroni ſi probant poſſeſſionem iuris praſentandi aqualem in tempore, et omnes exhibent titulum prafertur ille, qui titulum priorem, & legitimum habet.

2 Poſſeſsio antiquior cũ titulo legitimo, praferenda eſt.

3 Poſſeſsio praſumitur iuſtior pro eo, qui habet titulum anteriorem, & pro eo ſententiandum eſt, n. 4. quia praſumitur, quod ſit in poſſeſsio iuſtior, n. 5.

6 Poſterior poſſeſsio ſemper vitioſa praſumitur, & laborare aliquo vitio, n. 7.

8 Vitioſus ingreſſus ad beneficia non datur.

QVÆSTIO VII.

An, & quando duo patroni præſentant, & inter eos contenditur de iure præſentandi, & omnes exhibent titulum conceſſionis, quis debeat preferri?

PRima concluſio: ſi duo patroni præſentant, & inter eos contenditur de iure præſentandi, & probant poſſeſſionem præſentandi æqualem in tempore cum titulo; illè præfertur, qui titulum
1 priorem, & legitimum habet, *c. licet cauſam,* cum ibi notatis per *DD. de probationibus, Amend. add. ad Præſid. de Franchis deciſ. 163. n. 1. Raud. in tract. de anagol. cap. 40. Magon. deciſ. Luc. 46. n. 5. facit cap. duobus de reſcript. lib. 6.*

2 Ratio eſt, quia poſſeſſio cum titulo priori, & legitimo, & antiquiori præferenda eſt, *l. 1. c. vti poſſidetis, DD. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren. poſſeſſ. Caualc. deciſ. 40. n. 41. Ludou. deciſ. Luc. 65. n. 27. facit, c. eam te de reſcript. & c. eum, qui de prabendis lib. 6.*

3 Ampliatur primò in eo, qui poſſidet cum titulo anteriori, quia præſumitur, quod ſit poſſeſſio iuſtior, *Cyn. in l. quoties, c. de rei vendicatione, gloſ. in cap. 1. in verbo titulum de praſcript. lib. 6. Nauarr. in conſ. 4. de ſtatu monachor. Bald. nouell. in tract. de priuil. dotal. par. 10. Menoch. de recuper. poſſeſſ. in praludijs n. 63. Rebuff. in prax. benef. in tit. de reſcript. ad beneficia in verbo ſupereſt n. 28.*

4 Ampliatur ſecundò, quia ſententiandum eſt pro eo, qui poſſidet cum titulo prio-

priori, & legitimo, *gloſ. in d. cap. licet in verb. poſſores, l. vlt. de edicto Diui Adrian. tollend. Magon. deciſ. Luc. 74. n. 40. Ludou. deciſ. Luc. 14. nu 4. Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 168. n. 7.*

5 Ampliatur tertiò, quia poſſeſſio cum titulo anteriori, & legitimo dicitur magis iuſtificata, *Decius in auth. ſi quis in aliquo documento fallen. 6. C. de edendo,* quem citat *De Franchis deciſ. 166. n. 10. Ludouic. deciſ. Luc. 65. n. 25. Pariſ. in conſil. 112. n. 78. lib. 1. & in conſ. 126. n. 8. lib. 4. Magon. deciſ. Luc. 54.*

6 Ratio eſt, quia poſterior poſſeſſio ſēper vitioſa pręſumitur, *Neuizan. in conſ. 81. Afflict. deciſ. 24. n. 2. & in deciſ. 363. n. 2. Theſaur. deciſ. 93. q. 3. n. 2. Ludou. dec. Luc. 14. n. 2. Magon. deciſ. Lucen. 31. n. 8. & deciſ. 46. n. 1.*

7 Et ſemper pręſumitur aliquo vitio laborare data poſſeſſione anteriori, & recentiori cum titulo valido, & legitimo, *Maranta de ordin. iudic. par. 4. diſt. 6. n. 19. Afflict. deciſ. 324.*

8 Hinc eſt, quod omnia examinanda ſunt, & percunctanda in inſtitutionibus clericorum, nè pateat ad beneficia vitioſus ingreſſus, *c. 1. de reg. iur. lib. 6. Felin. in c. petitionem col. 4. de accuſat. Anton. Gabriel. comm. concluſ. in tit. de reſtit. ſpol. concl. 1. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Patroni ſi probant poſſeſſionem iuris præſentandi æqualem in tempore abſque titulo pro vtroque debet ſententiari, quādo omnia ſunt paria, n. 2.*

3 *In paribus cauſis, paria deſiderantur iura.*

4 *Iura partium, quando ſunt æqualia, æqualitas in iudicando ſeruanda eſt, procedit quando probationes ſunt per omnia pares num. 5.*

6 *Probationes, quando ſunt digniores, & efficaciores pro vna parte pro illa debet ſententiari.*

7 *Probatio fortior elidit debiliorem, & probatio potentior confundit minus potentem.*

8 *Plenior probatio duorū aduerſorū præualet.*

9 *Ille vincit, qui melius intentionem ſuam fundit.*

10 *Quando controuertitur inter pariter priuilegiatos, præfertur priuilegium altero potentius.*

QVÆSTIO VIII.

An, & quando duo patroni præſentant, & inter eos contenditur de iure præſentandi, nullus verò exhibet titulum, quis debet præferri?

PRrima concluſio: ſi duo patroni præſentant, & inter eos contenditur de
1 iure præſentandi, & probant poſſeſſionem iuris præſentandi æqualem in tempore abſque titulo pro vtroque debet ſententiari, *Abbas in c. cū Eccleſia de electione,* idem *in c. ex parte de tranſaction. Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 424. n. 8.*

2 Quando omnia ſunt paria, *Bertachin. in tract. de Epiſcopo lib. 4. in verbo ſequitur nu. 17. Abbas in cap. per tuas de Simonia il primo, Mauſon. de cauſis exequtiuis, quæſt. 1. n. 4.*

3 Ratio eſt, quia in paribus cauſis paria deſiderantur iura facit, *l. placuit, C. de iudicijs, Pariſ. in conſ. 56. n. 6. De Amicis in conſ. 92. Hypp. in conſ. 8. n. 2. Bertach. in d. verbo ſequitur, Neuizan. in conſ. 81.*

5 Ampliatur primò, in omnibus cauſis, quando iura ſunt paria æqualitas in iudicando æqualitas ſeruanda eſt, *cap. 1. qualiter vaſſallus propriet. priuetur, Andr. de Iſernia in c. Hæc adictali, §. 1. de pace iurament. firmand.*

Ampliatur ſecundò, in iuribus ęqualibus, quia partes ſimiliter debent eſſe ęquales, *Tiraq. in tract. de iure primigen. q. 17. opin. 4. n. 9 Theſaur. decis. 8. n. 2. De Franch. deciſ. 22. n. 2.*

Limita, vt procedat firmata concluſio, quando probationes ſunt per om-
5 nia pares, *c. conſtitutus de in integr. reſtitut. Afflict. in tract. de iure protomiſ.*

verſ.item pone, quod pluribus n.3. Ludou. deciſ.3.Luc.Tiraq.in tract.de iure primig. q.17.num.15.

Secus autem quando probationes ſunt digniores, efficaciores, & firmiores pro vna parte, quia pro illa ſententiandum eſt, faciant ea, quæ habentur per *Abb.in cap.quod autem de iure patronatus,Præſes de Franchis deciſ.649.nu.9. Ant.Capyc.deciſ.46.per totam.*

Ratio eſt, quia probatio fortior elidit debiliorem. *l.ob carmen, iuncta gloſ. de teſtib.Corneus in conſ.195. num.15.de Laurentijs deciſ.Auen.20.n.16.*

7 Et probatio potentior cõfundit minus potentem, *Simoncell. in tract. de decretis minorum lib.1.tit.1.n.14.*

8 Et plenior probatio duorum aduerſariorum præualet, *Alex. in conſil.141. vol.2.Soc.in conſ.15.Cephal.in conſ. 306. num.4.lib.5.*

9 Et ille vincit, qui melius intentionẽ ſuam fundat, & probat *Aym. de antiquit.temp.par.1.n.131. Bald.in conſ.390. lib.2.Theſaur.deciſ.206.de Laurentijs deciſ.2.n.4.*

10 Hinc eſt, quod quando controuertitur inter pariter priuilegiatos præfertur priuilegium altero potentius, *Bart. in auth.qui rem col.3.verſ.ſi verò priuilegiũ,C.de Sacroſanctis Eccl.Bald.in authen. habita col.2.verſ.2. quæritur, C. ne filius pro patre, Ruin.in conſ.7.n.12.lib 4. Gratian.diſcept.forenſ.cap.481. Maſcard.de probat.concluſ.1176.n.29.Mandoſ.de priuileg.q.10.*citati a *Thoro add. ad Tiraq. in tract.de priuil.cauſ.piæ priuil.112.*

Quibus,& ego addo, *Bart.in l.verum, §.item,ff de minor.Amend.add.ad Præſid. de Franch.deciſ.16.n.7.Afflict. deciſ.56.*

S V M M A R I V M.

1 *Si concurrũt malæ fidei poſſeſſor iuris præſentandi, & verus patronus, qui non reperitur in poſſeſſione præſentadi,neutra debet admitti præſentatio, & quare num. 2. ſed exitus cauſæ expectari debet num. 3.*

4 *Quando nemo eſt in poſſeſſione, ſed alter, ſed non bona fide præſentatio proprietarij valet.*

5 *Poſſeſſor iuris improbi, nullo tempore iuuatur.*

6 *Malæ fidei poſſeſſor non debet eijci de poſſeſſione ſine ordine iudiciario, & quare, num. 7.*

8 *Quilibet poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione manutenendus, donec per iudicem via ordinaria non fuerit ejectus.*

9 *Legitimus poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione manutenendus,& dicitur legitimus,donec non fuerit declaratum per iudicem eſſe malæ fidei poſseſſorem,n.10.*

11 *Poſſeſſor etiam prædo debet audiri,& etiã iniuſtus poſſeſſor.*

12 *Innocentij ſententia per authorem approbatur.*

13 *Prædo de facto ſpoliari non debet, & omnia in iudicio ordinario tractari debẽt, num. 14.*

15 *Actore non probante etiam iniuſtè poſſidens eſt abſoluendus,etiam ſi reus nihil probauerit,num.16.*

17 *Ad obtinendã victoriam agentis non ſufficit repellere ius rei,niſi actor probet intentionem ſuam, & quare,n.18.*

19 *Non curatur de iure rei, ſi non conſtat de iure petitoris.*

QVÆSTIO IX.

An, & quando concurrunt malæ fidei poſſeſſor iuris præſentandi, & patronus verus, qui non reperitur in poſſeſſione præſentandi, qui veniat præferendus?

PRima concluſio:ſi concurrunt malæ fidei poſſeſſor iuris pręſentãdi,& ve-
1 rus patronus, qui non reperitur in poſ-
ſeſſione præſentandi, & inter eos contenditur de iure præſentandi, neutra debet admitti præſentatio, non patroni, qui nõ reperitur in poſſeſſione præſentandi, *cap.conſultationibus de iure patronatus.*

2 Non

2 Non poſſeſſoris, qui eſt in mala fide, *c.fin.de præſcript.c.poſſeſſor*, cum ibi notatis per *Decium de reg.iur.lib.6. Selua in tract.de benef.par.2.q 11.*

3 Sed exitus cauſæ expectari debet, donec fuerit cognitum, quis eorum ſit potior, & ad quem ſpectat ius præſentandi, *facit text.in cap. fin. de ſequeſtrat. poſſ.& fructuum, tex.in l.non intelligitur, §. quando,ff.de iure fiſci,gloſ.in cap. ex literis in verbo,vel antequam de iure patronatus, Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo competens,q.9.num.46. Præſ.de Franch.deciſ.242.n.6. Guid. Pap. deciſ.528. n.2. Ant.Capyc.deciſ.46.n.1.*

Hinc dixit *Anton. Butrius in d. c.con-
ſultationibus*, quod ſi nemo eſt in poſ-
4 ſeſſione, ſed alter eſt, non tamen in bo-
na fide valebit præſentatio proprietarij
reſpectu tituli.

Inſinuat Butrius, quia quando nemo eſt in poſſeſſione, ſed alter eſt, non tamen in bona fide, omnes fructus pertinent ad proprietarium, *cap.fin.de præſcriptionibus*.

Rationem affert, quia poſſeſſor malæ fidei, nullum fructum debet conſequi, *l.mala fide,c.de cond. ex lege, gloſ. in c.diligenti, in verbo nomine de præſcriptionibus, Reg. Rouit.in pragm. 9. de feudis num.31.& ſeq.*

5 Et poſſeſſor iuris improbi nullo tempore iuuatur, *c.cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, Pariſ.in conſ.66.n.101.vol.5. Gram.in deciſ.81.n.12.Octauius deciſ.Pedemõt.34.n.10.Maſcard. de probat.concl. 771. Reg.Rouit.in d.prag.9.de feud.n.32.*

6 Tamen *Dom. Innoc.in d.cap.conſultat. & in d.c.ex literis*, dicit, quod non poteſt etiam malæ fidei poſſeſſor eijci de poſſeſſione ſine ordine iudiciario, *Iaſon in l.mandata n.2.de off.eius,cui mandata eſt iuriſdictio. Abbas in cap. bon.me. n.22. de poſtul.prælat.*

Hinc eſt, quod etiam iniuſtus poſ-
ſeſſor debet manuteneri in poſſeſſione,
7 donec alter docet de iure ſuo, *Abbas
in cap. Et ſi cauſa de off.deleg. Afflict. de-
ciſ.167. Burg. de pace in conſ.25. Verall.
deciſ.121. 1.par. Præſ.de Franch.deciſ.43.
num.11. Rebuff.in praxi beneficiar. in tit.
de Simonia, n.28.*

8 Et quilibet poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione manutenendus, donec à ſua poſſeſſione per iudicem via ordinaria non fuerit eiectus, *Caualc. in repert. deciſ.in verbo poſſeſſor 1.par. Aufrer.add.ad deciſ.Tholoſ.443.*

9 Et legitimus poſſeſſor in ſua poſſeſſione eſt manutenendus, *Iaſon in auth. ſacramenta puberum n.77. cap.ſi aduerſus venditionem, Simoncell.in tract. de decretis minor.lib.2.inſpect.8.n.63.*

10 Et dicitur legitimus poſſeſſor, donec non fuerit declaratum eſſe per Iudicem ordine iudiciario malę fidei poſſeſſorẽ, *Fulg.in conſ. 2. in fine, Mandoſ. in Reg. Cancell.22.*

Nec poteſt accuſari, & moleſtari de turbata poſſeſſione, *Bellon. in conſ.18. n.24. Caualc.deciſ.45.in add.n.9.* ſed bène poteſt ipſe turbantem, & moleſtantẽ in poſſeſſione accuſare, *Tartal.in prax. crim.cap.5.n.1. Bellon.in d.conſ.18.*

11 Hinc eſt, quod etiam prędo debet audiri, *l.1.§. ſi prædo,ff.depoſiti,l.bona fides, ff.eod.Corneus in cõſ.356.n.2. Iaſon in cons.167.n.11. Menoch. de arbitr. caſu 238.n.10.Reg.Tappia in cap.Regni Superius lib.1. Regens Rouit.in prag.1.de conſeruatorijs n.2.*

Et etiam iniuſtus poſſeſſor, *Caſſad.deciſ.4.de ſequeſtr. poſſ.& fructuum, Mandel.in cons.65.col.2.vol.4.glos. in c. ex literis in verbo prædo de reſtitut.ſpol. Amẽd. add.ad Præſ.de Franch.decis.43.n.1.Tartalia in praxi criminal.cap.5.n.1.*

12 Probabilior mihi videtur Dom. Innoc.ſententia, quod etiam prædoni, & iniuſto poſſeſſori non eſt deneganda audientia, nec defenſio, *c.cum, qui de præbendis lib.6.c.placuit 16. q.6. c. auaritiæ,* iuncta *glos. in verbo confirmatur de electione lib.6.Marſil.in l. de vnoquoque, ff.de re iudic. Bellug.in specul.princip.rub. 28.§.per quam n.16.*

13 Pro qua ſententia facit, quod etiam prædo de facto ſpoliari non debet, *c.cũ controuerſia de re iudicata, Card. Alexand.*

in

in c.2.ſi de feudo fuerit controuerſia inter filiam, & agnatos, Barboſ. de off. Parochi cap.28.§.2.nu.4. Amend. add. ad Præſ. de Franch.deciſ.43.Tartal.in prax.criminal. cap.5.n.1.

14 Et omnia in iudicio ordinario tractari debent audito poſſeſſore, etiam illegitimo, & prędone, *Ripa in l.naturaliter,§.nihil commune, ff.de acquir.poſſeſſ. Guid.Pap.deciſ.92. nu.2. Bellug.in ſpecul. princ.rub.27.§. Inhumanum, nu.1. Aloyſ. Ricc.prim.par.deciſ.64.Capyc.dec.91.n.1.*

15 Hinc eſt, quod actore non probante etiam iniuſtè poſſidens eſt abſoluendus, *l.qui accuſare, C.de edendo, Aym. de antiq.temp.p.1.verſ. tranſeo n.3. Roman. in conſ.336.honorandæ num.1. Decius in conſ.91. diligenter Bart.in l.final.C.de rei vendic.Tartal.in prax.crimin. c.11.n.2.*

16 Etiā ſi reus nihil præſtiterit, vel probauerit, *Rom.in d.conſ.336. honorandè, Roland.in conſ.6.num.23. Decius in conſ. 467. benè, & conſultè*, ſola poſſeſſione reus tuetur, *Barboſ.in c.vnuſquiſq; de pecul.cleric.* alio in contrarium non docto per authorem, *Bellug.in ſpecul.princ.rub. 28.§.per quam num.16. Dilectus de arte teſtand.in tit.de acquir.vel repud.hæredit. cautel.23.n.2.*

17 Hinc eſt, quod ad obtinendam victoriam agentis, non ſufficit repellere ius rei, niſi actor probet intentionem ſuam, *Rom.in conſ.156.num.3. Bellug.in ſpecul.princip.rub.2.§.per quam.*

18 Quia non ſequitur reus ius non habet, ergo Actor habet, *Magon. dec.Luc. 38.n.3. Aloyſ.Ricc.dec.132.1.par. nu.8. Tartal.in prax.crim.c.11.n.2.*

19 Et non curatur de iure rei, ſi non cōſtat de iure petitoris, *l.fin. C.de rei vendic.* poſſeſſor enim titulum docere non tenetur ſi reus, vel defenſor poſſideat, *Rebuff. in prax. benefic. in verbo ſupereſt num.18. & 19.in titulo de reſcript.ad benef. vacantia.*

SVMMARIVM.

1 Quando clarè, & apertè conſtat poſſeſſorem iuris præſentandi eſſe malæ fidei, tunc præſentatio proprietarij eſt admittenda, quando eſt notorium, quod nullo poteſt tergiuerſatione celari, & non indiget probatione n.2.

3 Veritas, quando patet magis curandum eſt de iuſtitia, quàm de modo, quando eſt notorium, quod celari non poteſt nu.4. vel quando nullam habet diſputationē num.5.

6 Notorium, quod non poteſt in dubium reuocari ordo iuris non eſt ſeruandus, & quare num.7.

8 Nulla legis virtus poteſt excludere probationem, quæ fit per rei euidentiam.

9 Reuocatio attentatorum non habet locum quoties defectus iuris notorius opponitur.

10 Presbyter ſpoliatus beneficio non reſtituitur ſi notoriè cōſtat de eius indignitate.

11 In beneficialibus petens reſtitutionem tenetur oſtendere titulum ſaltem coloratum.

12 Proprietarius ſi ſine ordine iudiciario ſpoliaret poſſeſſorem iuris præſentandi, quando ius eſt incertum, & obſcurum poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione eſt manutenendus, & eſſet inſtituendus præſentatus à poſſeſſore iuris præſentandi.

13 Notorium quando habet excuſationem ordo iuris eſt ſeruandus.

14 Soluens Prælato non notoriè intruſo liberatur.

QVÆSTIO X.

An, & quando clarè, & apertè conſtat poſſeſſorem iuris patronatus eſſe malæ fidei, an præſentatio proprietarij reſpectu tituli erit admittenda?

Prrima concluſio: clarè, & apertè quādo conſtat poſſeſſorem iuris præſē-
1 tandi eſſe malæ fidei, tunc pręſentatio proprietarij eſſet admittenda facit, *c. cū nobis de electione, cap. quoniam, & cap. conſtitutis de filijs presbyterorum Ruding. variar.lect. feud. cap.63. num.9. Gabriel* Ro-

Roman. comm. cautel. in titulo de reſtit. ſpol.

2 Quando eſt notorium, quod nulla poteſt ratione celari, *Bald. in l. 1. circa medium, C. quæ in fraudem creditorum*, facit, *l. fin. C. de donationib. quæ ſub modo*, & nulla indiget probatione, *c. euidentia de accuſat.* facit, *c. ad decimas de reſtit. ſpol. lib. 6. Felyn. in c. qualiter, & quando col. 3. de appellat.*

Ratio eſt, quia notorium inducit plenam probationem, *l. emptorem, ff. de act. emp. de Laurentijs deciſ. Auen. 15. n. 9. Soc. Iunior. in conſ. 28. nu. 18 lib. 1. Aretin. in conſ. 42. n. 5. Ant. Capyc. deciſ. 121. nu. 24. Sayr. de cenſuris, lib. 2. tit. 11. n. 7.*

3 Ampliatur primò, quia quando veritas patet, magis curandum eſt de iuſtitia, quàm de modo, *l. cum ſeruus ff. de verb. ſignif. de Laurētijs decis. Auen. 8. n. 1. Hypp. in rub. de probat. n. 196.*

Hinc eſt, quod notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, *c. cum inter de re iudicata de, Franch. dec. 148.*

4 Ampliatur ſecundò in notorio, quādo eſt tale, quod nulla poteſt ratione celari, vel tergiuerſari, quia dicitur manifeſta probatio, *l. 3. § ſi in diem. ff. de re iudicata*, facit, *tex. in l. Aretuſa, ff. de ſtatu hominum, Bellug. in specul. princi. rub. 3. n. 1. Pariſ. in cons. 101. num. 7. lib. 4. Diaz. in prax. crimin. canon. c. 2. verſ. puliċi concubinarij.*

5 Ampliatur tertiò in notorio, quando eſt tale, quòd nullam poteſt habere diſputationem, nec poteſt in dubium reuocari, dicitur euidens, & indubitata probatio, *Franc. in c. dilecto, q. 52. circa finem de appellat. Rolan. in cons. 76. nu. 37. vol. 1. Salyc. in l. ea quidem nu. 58. de accuſat. Magon. decis. Luc. 48. nu. 10. Sayr. de censur. lib. 7. n. 11 tit. 11.*

6 Ampliatur quartò in notorio, quando eſt tale, quòd nulla poteſt ratione celari, vel tergiuerſaris ordo iuris non eſt ſeruandus, *Bald. in rub. de probation. Ant. Capyc. decis. 121. num. 26. Nauarr. in cons. 1. de homicidio lib. 5. Regens Reuit. in pragm. 10. de off. Mag. Iuſt. n. 7.*

7 Ratio eſt, quiā dicitur demonſtratio quædā, quæ fit per rei euidentiam ſuperans in gradu ſuperlatiuo omnem ſpeciem probationis, *Rom. in conſ. 104.* incipit: *Reuerendè Pater in fine, Innoc. in cap. cum noſtris de conceſſ. praben. Nauarr. in d. cons. 1. de homicidio.*

8 Ampliatur quintò, quia nulla legis virtus poteſt excludere probationem, quæ fit per rei euidentiam, *Bald. in rubr. de probat.* qui allegat *tex. in l. Neratius, § 1. ff. ad l. Aquiliam, l. in confesſionibus, ff. de interrog. action. Albertin. in tract. de hæreticis q. 35. n. 8. Capyc. dec. 121. n. 27.*

9 Ampliatur ſextò: nam reuocatio attentatorum non habet locum, quoties defectus iuris notorius opponitur contra petentem, *c. Et ſi conſtiterit de accuſat. ſpecul. in tit. de poſſ. & propriet. § 1. ver. in 19.* refert, & ſeq. *Capoll. in cons. 59. col. 3. Felyn. in c. ad petitionem de accuſat.*

10 Ampliatur ſeptimò in Presbytero ſpoliato beneficio, qui non reſtituitur, ſi notoriè conſtat de eius indignitate, *c. ad decimas de reſtitut. ſpol. lib. 1. c. ſignificaſti de diuortijs, de Laurentijs dec. Auen. 8. n. 1. Ruin. in cōs. 27. col. 3. vol. 3. Pariſius in cons. 170. vol. 1.*

11 Hinc eſt, quod in beneficialibus petens reſtitutionem tenetur oſtendere titulum ſaltem coloratum, *clem. 1.* iuncta, *glos. de caus. poſſ. & propriet. Rebuff. de pacif. poſſ. n. 32. Guid. Pap. decis. 288. num. 3. Gutier. canon. qu. cap. 21. n. 74. Menoch. illuſtr. cap. 56. & cap. 89. n. 9.*

12 Limita primò, quod ſi ſine ordine iudiciario proprietarius iuris patronatus ſpoliaret poſſeſſorem iuris præſentandi, quando ius eſt incertum, & obſcurum; poſſeſſor etiam malæ fidei eſt manutenendus in ſua poſſeſſione, *Menoch. de arbitr. caſu 231. lib. 2. n. 14.* facit, quod notat *Innoc. in cap. per tuas de Simonia, Io: Ruding. lib. 1. variar. lect. feud. cap. 63. in fine, Barboſ. de off. Paroch. c. 17. num. 18.*

Et eſſet inſtituendus præſentatus à poſſeſſore, iuris præſentandi, *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens q. 19. Nauarr. in cons. 54. de sent. excomm. lib. 5. Amen. add. ad Præſid. de Franch. dec. 42. in fin. Ant. Capyc. decis. 189. n. 12.* Li-

13 Limita ſecundò, quando notorium aliquam habet excuſationem, quia tunc ordo iuris eſt ſeruandus, *Aretin.in conſ. 163.n.6. Curtius ſenior in conſ.* 21. quem citat, & ſequitur *Clarus lib.1. ſent.* §. 1. *q. 9. Menoch.de arbitr.caſu.235.lib.2. Ruding.variar. lect.feud.cap.63.n.10. Diaz. in prax.crim.canon.c.12.verſ.ſi verò fornicatio, Barboſ.de off. Paroch.c.17. nu.18.& 19. Doctor antiquus Sergius Griſignanus concius meus in alleg.in vna cauſ.iuris patronatus S. Nicolai.*

14 Hinc eſt quod ſoluens Prælato non notoriè intruſo liberatur, *Gamm.deciſ. Luſit.1.n.1.& in deciſ.203.n.1. Maſcard. de probat.concl.1323.n.1. Surd.deciſ.229. n.10. Gonzal.ad Reg.Cancell.8.gloſ.4.§.5. nu.17. citati à Barboſ.de off.Paroch. c.27. num. 32.*

Quibus, & ego addo, *l.1.§. ſi rem, ff. depoſiti, c.dudum de electione, c.ſicut de iureiurando de Laurentijs dec.Auen.51.n.5.*

QVÆSTIO XI.

An, & quando is, qui pro patrono reputabatur, attamen non erat in poſſeſſione præſentandi, & præſentat valida ſit præſentatio?

SVMMARIVM.

1 *Si is, qui pro patrono Eccleſia reputabatur, et non erat in poſſeſsione praſentãdi, valida non eſt praſentatio.*

2 *Credulitas abſque poſſeſsione iuſtam causã non prabet praſentandi.*

3 *In praſentationibus attenditur poſſeſsio, vel quaſi poſſeſsio.*

4 *Qui pro patrono Eccleſia reputabatur, & non erat in poſſeſsione praſentandi, dicitur mala fidei poſſeſſor, & ideò non prabet iuſtam cauſam poſſeſsionis n.5.*

6 *Inſtitutio ſequuta ad praſentationem eius, qui non erat in poſſeſsione praſentandi, nulla eſt.*

7 *Canonicum ingreſſum debet habere inſtitutus ad beneficium.*

8 *Patronus, quando iuſta credulitate ductus, quod erat in poſſeſsione praſentandi, & praſentauit, valida eſt praſentatio.*

9 *Inſtitutus ad praſentationem eius, qui probabili errore ductus, quod erat in poſſeſſione praſentandi non debet amoueri.*

10 *Error iuſtus pro titulo habetur.*

Prima concluſio: ſi is, qui pro patrono reputabatur, attamen non erat in
1 poſſeſſione præſentãdi, & præſentat, valida nõ eſt præſentatio, *c.conſultationibus de iure patr. facit.c.ſi virgo 35.q.1.l.1.§. adigere, ff. de aqua plu. arcenda, Rochus Curtius in tract.de iure patr.in verb.competens q.21.n.48.*

Ratio eſt, quia credulitas abſq; poſ-
2 ſeſſione iuſtam præſentandi cauſam nõ præbet, *glo.in d.c.cõſultationibus in verbo credebat, glos. in l. prima in verbo exiſtimaueris, ff.pro harede, c. quoties,* & ibi *Abbas de teſtibus.*

Ampliatur primò, quia in præſenta-
3 tionibus attenditur poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio, *Abbas in d.c. conſultatationibus idẽ in c.bo.me.de poſtul.pralat. Nauarr. in conſil. 1. de iure patr. et rerum permut. de Franch. deciſ.63. in fin.*

Ampliatur ſecundò, nam is, qui pro
4 patrono reputabatur, & non erat in poſſeſſione præſentandi, dicitur malæ fidei poſſeſſor, *facit, l.in fundo, ff. de rei vendic.glo.in c. ſi iudex in verbo habebat de sent.excomm.lib.6. Rochus in tract. de iure patr. in verbo competens.q.20.*

5 Et ob id præſentatio facta ab eo, qui pro patrono Eccleſiæ reputabatur iuſtã cauſam poſſeſſionis præbere non poteſt faciunt notata per DD. *in c.ſi diligentis de praeſumpt. Abbas in c. Cumana de elect. Rochus in d.tract.in verbo competẽs, n.40.*

Ampliatur tertiò in inſtitutione inde
6 ſequuta, quæ nulla eſt vti facta abſque patroni conſenſu, *c. decernimus 16. q.2.* & ob id inſtitutus eijci debet, *glo.in cap. Dilectus in verbo perceptis de iure patron.*
7 *Cald.in conſ.16.eod.tit.* quia canonicum ingreſſum non habuit ad beneficium.

cap.1.

cap.1 de regul.iuris in 6. & ibi gloſ.

8 Limita primò, quando iuſta credulitate ductus is, qui præſentauit, quòd erat in poſſeſſione præſentãdi ex errore facti, vel erroris iuris dubij, vel oſcuri deſcendens, tunc valet præſentatio, facit, *tex.in l.eum quidam, §. quod dicitur, ff.de acquir.vel omittend.hæred.l.fin.ff. de hæred.inſtituend.Tiraq.in tract. de iure primig.q.17.opin.11.num.14. Nauarr. in conſ.54.de ſent.excomm.*

9 Limita ſecundò in inſtituto ad præſentationem eius, qui iuſta credulitate, vel probabili errore ductus, quòd erat in poſſeſſione præſentandi, quia remoueri non debet, *Selua de benef.3.p.q.10. Syluester in verbo beneficium par.3.q.18.* facit, quod notat *Magon.dec.Luc.49.nu.28.Nauarr.in conſ.39.n.1.de præb.*

10 Ratio eſt, quia iuſtus error pro titulo habetur, *Bal.in l.ex diuerſo c. de vſuris, & fructib.legat.Menoch. de arbitr. lib. 1. q.53.num.1.de Laurentijs deciſ.Auen.28. n.2.Nauarr.in conſ.39.de præb.*

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei poſſeſſori iuris patronatus, validè non præſentat.*

2 *Inſtitutus ad præſentationem malæ fidei poſſeſſoris debet patrono inſtante eijci à beneficio.*

3 *Poſſeſſor iuris patronatus malæ fidei furi comparatur.*

4 *Fructus iuris patronatus per præſentationem percipiuntur.*

5 *Omnia, quæ dependent à principio infecto inualida ſunt.*

6 *Ex radice arida, & infecta fructus non naſcuntur.*

7 *Nulla conſequentia ducitur bona à cauſa corrupta, & principio inualido.*

8 *Malæ fidei poſſeſſor nũquam facit fructus ſuos, nec præſcribit n.9.*

10 *Inſtitutus in beneficio ad præſentationem poſſeſſoris malæ fidei iuris præſentandi, debet fructus iuris patronatus perceptos reſtituere.*

11 *Iure patronatus euicto, vel aliter cognito de veritate iuris patronatus, de præſentatione facta à malæ fidei poſſeſſore, nulla debet haberi ratio.*

12 *Epiſcopus, quando propoſuit proclama, vel edictum, & patronus verus non comparet, tunc inſtitutus non debet eijci.*

13 *Bonæ fidei poſſeſſor validè non præſentat.*

14 *Plus eſt in opinione, quàm quod eſt in veritate.*

15 *Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tale.*

16 *Bona fides tantùm operatur, quantùm veritas.*

QVÆSTIO XII.

An, & quãdo malæ fidei poſſeſſor præſentat, valida ſit præſentatio.

Prima concluſio: poſſeſſor malæ fidei iuris patronatus, validè non præſen-
1 tat, *Abbas in c.ex literis de iure patronat. idem in conſ.76.p.2.Bellug.in ſpecul.princ. rubr. 22. §. quia quotidiana, Rochus Curtius in tract.de iure patr. in verbo competens q.21.n.46.Nauar.in conſ.19.num.1. de præbendis.*

2 Ampliatur primò in inſtituto ad præſentationem malæ fidei poſſeſſoris iuris patronatus, qui debet patrono inſtante eijci comperto de mala fide, ſic *gloſ. in c.ex inſinuatione in verbo reſtituant de iure patr. cap. Decernimus 16.q.7. Rolan. in conſ.9.n.37.*

3 Ratio eſt, quia poſſeſſor malæ fidei furi comparatur, *l.1.ff. de furtis.glo.in c. Niſi cum pridem, in verbo ſed dumtaxat de renunciatione*, & ideò debet inſtitutus omninò eijci, *c.dudum de electione*, quia, qui non intrat per hoſtium, fur eſt & latro, *glo.in c.relatum in verb. aliundè de iure patr. Magon.deciſ.54.n.2.*

4 Cuius rei ratio eſſentialis eſt, quia fructus iuris patronatus per præſentationem percipiuntur, *Abbas in c.conſultationibus, & in c.ex literis de iur. patr. Rochus in d.tract.in verb.honorificũ q.14. Nauarr. in alleg.conſ.19 de præben.*

5 Ampliatur ſecundò, quia omnia, quę dependent à principio infecto, nulla

ſunt, & inualida, *c. quod ab initio de reg. iuris lib. 6. c. pœnale 14. qu. 8. c. denique. 8. diſtinct. c. inter cæteros de fide inſtrumentorum.*

6 Et ex radice arida, fructus non naſcuntur, & ſi naſcuntur, non depaſcuntur, *c. cum Paulus p. q. 1. glo. ine. nam concupiſcentiam, in verbo vnde omnia de conſtitut. Ant. Gom. lib. 3. variar. reſol. cap. 2. num. 14.*

7 Ampliatur tertiò, nam nulla bona conſequentia ducitur à principio inualido, & cauſa corrupta, *c. miramur, 61. diſtinct.* & vix bono peraguntur exitu, quæ mala ſunt inchoata principio, *de Laurentijs deciſ. Auen. 86. n. 5. Ant. Gomeſ. variar. reſol. tom. 3. cap. 2. n. 14.*

Ampliatur quartò in malæ fidei poſſeſſore, qui tenetur ad fructuum reſtitutionem, *Cyn. in reg. poſſeſſor, de reg. iuris lib. 6. c. vlt. de præſcript. glos. in cap. non liceat el primo, 12. q. 2. De Laurentijs deciſ. Auen. 29. n. 3. Nauarr. in conſ. 1. de præſcript. num. 2.*

8 Ampliatur quintò in malæ fidei poſſeſſore, qui nunquam facit fructus ſuos, *Cagnol. in l. 1. n. 8. de ſent. pro eo, quod, Rolan. in conſ. 41. n. 70. l. mala fide, C. de cond. ex lege, Neuizan. in cōſ. 85. n. 13. Menoch. de recup. poſſ. remed. 6. n. 52.*

9 Ampliatur ſextò in malæ fidei poſſeſſore, qui nunquam præſcribit, *c. vigilanti,* iuncta *glos. de præſcript. Nauar. in cons. 1. de iure patr. lib. 3. de Laurentijs deciſ. Auen. 42. Menoch. de arbitr. cent. 2. caſu 182. n. 58. Magon. decis. Luc. 33. nu. 4. Rodoan. de reb. Eccl. non alienand. verſic. ſi verò ſumus in mala fidei poſſeſſore.*

10 Ampliatur ſeptimò, nam ita inſtitutus in beneficio ad præſentationem malæ fidei poſſeſſoris debet fructus iuris patronatus, per præſentationem perceptus reſtituere, *glo. in c. relatum in verbo per hoſtium de iure patr. Vrſill. add. ad Afflict. deciſ. 240. nu. 6. Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 242. n. 2.*

11 Ampliatur octauò, iure patronatus euicto, vel aliter cognito de veritate iuris patronatus de præſentatione facta à malæ fidei poſſerore, nulla debet haberi ratio, *gloſ. in d. cap. Relatum in verbo per hoſtiū,* nec ſuffragatur Epiſcopi inſtituto, quia debet omninò eijci, *Nauarr. in cons. 19. de præbendis, de Laurentijs, deciſ. Auen. 29. n. 4.*

12 Limita primò, id quod dictum eſt, in præſentato à malę fidei poſſeſſore, qui debet eijci, vt nō procedat quando Epiſcopus propoſuit proclama, vel edictū, & patronus verus non comparuit, & inſtitutio inde ſequuta eſt, tunc inſtitutus non debet eijci, *Calcan. in conſil. 90.* quia videtur conſentire præſentationi factæ, & inſtitutioni inde ſequutæ, *Aym. de antiq. temp. in verbo tertia. datur limit. Rochus Curtius in tract. de iure patron. in verbo competens, q. 20. n. 5.*

13 Limita ſecūndò in poſſeſſore bonæ fidei iuris patronatus, quia inſtitutio facta ad præſentationem bonæ fidei iuris patronatus poſſeſſoris valida eſt, *d. cap. Conſultationibus, Nauarr. in cons. 3. de iure patr. num. 4. Rebuff. in prax. benef. in tit. de ſimonia n. 28.*

14 Ratio eſt, quia plus eſt in opinione, quàm quod eſt in veritate, *l. Barbarius, ff. de off. Prætor. c. ſi quis à ſimoniacis 1. q. 1. cap. nuper de bigamis, Menoch. de arbitr. q. 90. lib. 1.*

15 Et paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tale, *c. cum dilectus de conſuetudine, Abb. in conſ. 76. vol. 1.* & tunc dicitur canonicè inſtitutus, qui abſque culpa remoueri non debet, *c. inuentum, 16. q. 7. Crauett. in conſ. 88. n. 16.*

16 Et reſpectu iuris pręſentādi tantùm operatur bona fides, quantùm veritas, *cap. querelam de electione, cap. cum olim de cauſ. poſſ. & propriet. Felyn. in c. cum dilecto de reſcript.* quem citat, *Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, c. 14. num. 4. Specul. in tit. de præſcrip. concluſ. 2. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio bonæ fidei iuris patronatus, dicitur, qui non vi, non clam poſſidet abſq; ſcientia iuris alterius.*

2 *Bona fides præſumitur, quando præſentatus*

tus repèritur in poſſeſſione beneficij, & fortius quando diù fuerit in poſſeſſione beneficij, num. 3.

4 *Bona fides probatur eo ipſo, quod non probatur contrarium.*

5 *Ius præſentandi eſt, ius in corporale, & non poſſidetur, ſed quaſi poſſidetur, tamen iudicatur, ac ſi eſſet vera poſſeſſio.*

6 *Patrono, quando reperitur in poſſeſſione præſentandi cauſatur bona fides, & quaſi poſſeſſio præſentandi.*

7 *Poſſidens ſine legitimo titulo, iuſtò tamen errore ductus, dicitur in bona fide retinere.*

8 *Iuſtus error pro titulo habetur.*

9 *Bona fidei poſſeſſor, quando ex fructibus factus eſt locupletior, tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

10 *Error ſupinus non excuſat, nec affectatus, n. 11. nec quando de facili ſcientia poteſt haberi, num. 12. & quæ ſit ratio, num. 13.*

QVÆSTIO XIII.

An, & quando, & quis dici poteſt poſſeſſor bonæ fidei iuris præſentandi, & quando inſtitutus dicatur poſſidere beneficium in bona fide?

PRima concluſio: poſſeſſor bonæ fidei iuris præſentandi dicitur ille, qui nõ vi, non dolo, non clam poſſidet, *Innoc.*
1 *in cap. conſultationibus de iure patronatus, gloſ. in c. quod autem in verbo pro non dato de iure patronatus, Abb. in c. bon. mem. de poſtul. Prælat. Puteus dec. 293. lib. 2.*

Abſque ſciẽtia iuris alterius, *Caualc. deciſ. 40. n. 17. Couarr. variar. lib. 1. in tit. de præſcript. §. ſexto, n. 15.* credens eſſe dominum, & patronum, & nullum ius aliquam habere in beneficio, prælatura, vel officio, in quibus habet ius præſentandi, *l. bona fidei, ff. de verb. ſignif. Nauar. in conſ. 19. de præbendis lib. 3. Menoch. de arbitr. caſu 225. cent. 3. n. 15.*

2 Ampliatur primò in bona fide, quæ præſumitur, quando præſentatus reperitur in poſſeſſione beneficij, prælaturę, vel officij ex ordinarij cõſtitutione, *Ripa in c. cum Eccleſia n. 32. de cauſ. poſſ. & propriet. Nauarr. in conſ. 3. n. 38. de iure patr. Felyn. in c. quarelam de electione n. 11.*

3 Ampliatur ſecundò, à fortiori, quando diù fuerit in poſſeſſione beneficij ex ordinarij inſtitutione, & fructuum perceptione, *Aym. de antiq. temp. p. 1. in verbo vidimus, n. 32. Marcus Ant. de Bardis in tract. de tempore vtili, vel continuo cap. 14. verſ. ex prædictis, Caſſad. deciſ. 6. de præbendis.*

4 Ampliatur tertiò in bona fide, quæ probatur eo ipſo, quod non probatur contrarium, *gloſ. in c. 2. in verbo ſincerè de præſcript. Menoch. de arbitr. caſu 93. lib. 2. Anton. Capyc. deciſ. 6. num. 2. Nauarr. in conſ. 55. de ſimonia lib. 5.*

5 Ampliatur quartò, nam licet ius præſentandi ſit ius in corporale, & nõ poſſidetur, ſed quaſi poſſidetur, *gloſ. in c. ſi diligenti in verbo in quaſi de præſcriptionibus*, tamen iudicatur, & dicitur vera poſſeſſio, *l. ſeruus, §. incorporale, ff. de acquir. per. dom. Gutier. in repetit. §. ſui de hæred. inſtituend. Ant. Gom, variar. c. 2. de empt. & vend. cap. 2. n. 20.*

6 Ampliatur quintò in poſſeſſione, in qua quando reperitur patronus præſẽtandi cauſatur bona fides, & quaſi poſſeſſio, *Abb. in c. bonæ me. n. 2. de poſtulat. Afflict. deciſ. 288. n. 4. Nauarr. in conſ. 1. de præſcript. in append.*

7 Ampliatur ſextò in poſſidente ſine legitimo titulo, iuſto tamen errore ductus, dicitur beneficium bona fide retinere facit, *tex. in l. mater decedens, c. de inoff. teſtam. Bal. in l. irritam, C. de vſucap. pro donato, Tiraq. in tract. de iure primig. q. 7. opin. 10. n. 17. de Laurẽtys dec. Auen. 28. n. 2. Imol. in l. inſulam de verb. obligat. Caſſad. d. dec. 6. de præb.*

8 Ampliatur ſeptimò in errore iuſto, qui pro titulo habetur, *Tiraquell. in d. tract. de iur. primog. q. 7. opin. 10. Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 18. n. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. q. 53. n. 1. Magon. dec. Luc. 49. n. 15.*

Ampliatur octauò in bonæ fidei poſſeſſore, qui non tenetur ad fructuum reſtitutionem, *Abb. in cap. dilecto, nu. 7. de prab. Ant. Capyc. dec. 93. nu. 4. Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 31. num. 6. Ant. Gabriel Roman. comm. concl. in tit. de probat. concl. 5. idem in tit. de acquiren. rer. domin concl. 1. nu. 4. Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 19.*

9 Limita primò, vt non procedat, quãdo ex fructibus perceptis factus eſt locupletior, etiam bonæ fidei poſſeſſor, *Alex. in conſ. 20. vol. 4. Firmian. in repert. in verbo bona fide poſſeſſor*, nam eos reſtituere tenetur, *Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 31. n. 2.* facit, *l. 1. C. de pet. hæred. Tartal. in prax. crim. c. 5. n. 3.*

10 Limita ſecundò, id quod dictum eſt in errore iuſto, vt non procedat quando error eſſet ſupinus, *c. eos de temp. ordin. c. cum inhibitio, §. fin.* iuncta *gloſ. de cland. deſponſ. de Laurentijs deciſ. Auen. 49. nu. 32. l. nec ſupina, ff. de iuris, & facti ignorantia.*

11 Limita tertiò in errore affectato, *Nauarr. in conſ. 3. n. 4. de iure patr. lib. 3. Ant. Capyc. deciſ. 69. nu. 8. de Laurentijs deciſ. Auen. 97. n. 4. Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 18. num. 5.*

12 Limita quartò, quando de facili ſcire poterat beneficium ad alterum pertinere facit, *l. ſi procurator, ff. de cond. ob turpem cauſam.*

13 Ratio eſt, quia qui ſic operatur ſciẽter facit, *cap. vt animarum de conſtitutionibus, Marcus Anton. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, c. 15. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio iuris præſentandi acquiritur per vnicum actum præſentationis bona fide quæſita.*

2 *Iuriſdictionis generalis exercitium quæritur per vnicum actum.*

3 *Exercens iuriſdictionem in vno loco videtur in omnibus acquiri.*

4 *Quando agitur de retinendo priuilegio ſi retinetur poſſeſſio, ſeu vſus in vno de cõtentis in priuilegio, retinetur in omnibus.*

5 *Poſſeſſio totius priuilegij retinetur in omnibus per actus ſingulares.*

6 *Poſſeſſionem priuilegij ſufficit retinere in vno de contentis in priuilegio, ab eo qui habet ius generale à iure, ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio.*

7 *Miles habent iuriſdictionem caſtri retinet iuriſdictionem in totum, ſi tantummodò vſus fuerit in aliquibus capitulis, adeo quod non obeſt ſi in aliquibus non fuerit vſus.*

QVÆSTIO XIV.

An poſſeſſio iuris præſentandi acquiratur per vnicum actũ præſentationis.

PRima concluſio: poſſeſſio iuris præſentandi acquiritur per vnicum actũ
præſentationis, *l. 1. §. quod autem, ff. de*
1 *aqua quotidiana, & æſtiua, l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vendicetur*, facit, *tex. in cap. cum ſuper beneficio de præbend. lib. 6. Abb. in c. ſi verò de iure patr.*

2 Bona fide quæſitum, *Ripa in c. cũ Eccleſia, num. 17. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abb. in cons. 74. p. 2. Tiraq. in tract. de iure primig. q. 39. n. 1. de Laurentijs dec. Auen. 59. n. 7. Vrſill. add. ad Afflict. dec. 67. n. 1. Puteus deciſ. 216. vol. 1.*

3 Ampliatur primò in exercitio iuriſdictionis, quæ quæritur per vnicum actũ, ſeù vſum iuriſdictionis, *Innoc. in c. dilectus, col. 1. verſ. poſſeſſionem de Capell. Monachorum, Ant. Butr. in c. fin. num. 24. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abbas in cons. 68. lib. 2. Vrſill. add. ad Afflict. dec. 36. nu. 22. Menoch. de arbitr. caſu 160. n. 12. lib. 2.*

4 Ampliatur ſecundò, quia exercendo iuriſdictionem in vno loco, vel diœceſi, vel territorio videtur in omnibus acquiri, vel retineri, *l. 3. ff. de acq. poſſ. l. ſi ſtillicidiũ, §. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu in verbo iuriſdictionem, n. 4.*

5 Ampliatur tertiò, nam quando agitur de retinendo priuilegio, ſi retinetur vſus in vno, vel alterò de contentis in

pri-

priuilegio, retinetur poſſeſſio in omnibus, *l. arboribus*, §. 1. *ff. de vſufructu Anton. Gabriel, com. concl. in tit. de præſcript. concl. 2. n. 20.*

6 Ampliatur quartò in poſſeſſione, quę retinetur per actus ſingulares totius priuilegij, *Signorol. conſ. 70. col. 2.* quem citat *Marcus Anton. de Bardis tract. de tempor. vtili vel continuo, cap. 11. n. 4.*

7 Ampliatur quintò in eo, qui habet ius generale à iure, ſtatuto, vel conſuetudine, vel priuilegio ſuper aliquibus locis, vel perſonis, quia ſufficit poſſeſſionem retinere in vno, *Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu in verbo iuriſdictionem, Grat. in conſ. 61. col. 3. vol. 1.*

Ampliatur ſextò, in militæ habente iuriſdictionem caſtri, qui retinet iuriſdictionem in totum, ſi tantūmodò vſus fuerit in aliquibus capitulis, *Firmian. in tract. de Gabell. par. 1. quæſt. 3.* quem citat *Marcus Ant. de Burdis in d. tract. cap. 14. num. 4.*

Adeo quod non obeſt, etiam ſi in aliquibus non fuerit vſus, *Specul. in tract. de præſcript. n. 22. Ant. Gabriel in d. tract. in tit. de præſcript. concl. 2. n. 20.*

SVMMARIVM.

1 Iuriſdictionem exercens in vno loco, vel territorio animo quærendi vniuerſalem iuriſdictionem, in alio loco videtur in omnibus acquiri, procedit, alio verò non poſſidente, & procedit quando intendit quærere vniuerſalem iuriſdictionem, n. 2. Et procedit quando nullus eſt in poſſeſſione in loco, in quo iuriſdictionem exercuit, n. 3.

4 Alio exiſtente in poſſeſſione iuriſdictionis tantùm acquirit iuriſdictionem exercẽs reſpectu actuum quos exercuit.

5 In iuribus incorporalibus, vt in ſeruitutibus, & iuriſdictionibus requiritur ſciẽtia tam illius cui præiudicatur, quàm ex parte cui acquiritur.

6 Poſſeſſio non acquiritur ſine patiẽtia illius, contra quem præiudicatur.

QVÆSTIO XV.

An exercens iuriſdictionem in vno territorio animo quærẽdi, vniuerſalem iuriſdictionem in alio loco, videtur in omnibus acquiri.

PRima concluſio: exercens iuriſdictionem in vno territorio animo quærẽdi vniuerſalem iuriſdictionẽ in alio lo-
1 co, videtur in omnibus acquiri, vel
poſſeſſionem retineri, vt ante cedenti quæſtione in *concluſ. 2.* tentum fuit procedit, alio verò non poſſidente, *Abbas in conſ. 6. p. 2. Innoc. in c. cum contingat qu. 6. de foro competenti, Aymon. de antiq. temp. par. 4. n. 38.*

2 Et procedit, quando intendit quærere vniuerſalem iuriſdictionem, *l. 3. & l. reſtituta, ff. ad Trebell. l. 1.* §. *hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, Abbas in conſ. 71. col. 2. p. 2. Tiraq. in tract. de iure primig. q. 29. n. 2. Vrſill. add. ad Afflict. deciſ. 285. Innoc. in d. c. cum contingat de foro competenti.*

3 Et procedit, quando nullus eſt in poſſeſſione in loco, in quo iuriſdictionem exercuit, *arg. tex. in l. quod meo,* §. *fin. ff. de acquir. poſſ.* & quod notat *Innoc. in cap. 1. de relig. domib. idem in c. vltimo de off. ordin. Menoch. de arbitr. caſu 160. lib. 2. Præſ. de Franch. deciſ. 397. n. 4.*

4 Limita primò, & declara, quod alio poſſidente, vel exiſtente in poſſeſſione tantùm acquirit reſpectu actuum, quos exercuit, *c. auditis de præſcript. Abb. in conſ. 54. p. 1.* idem *in conſ. 86. p. 2. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 115. n. 6.*

5 Limita ſecundò, & declara, quia in iuribus incorporalibus, vt in ſeruitutibus, & iuriſdictionibus regulariter requiritur ſcientia tam illius, cui præiudicatur, *l. 3. ff. de vſufructu, Ripa in c. cum Eccleſia, n. 52. de cauſ. poſſ. & propriet.* quã ex parte cui acquiritur, *Abb. in c. cũ olim de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* idem *in conſil. 54. p. 2. & in c. vlt. de præſcript. Reg. Ronit,*

in

in prag.1. de iurisd.non turband. n.26.

6 Nam aliàs deficit patientia ſine qua poſſeſſio non quæritur, *Menoch.de arb. lib.2.cēt.2.casu 161.n.1. Ant.Capyc.decis. 57.nu.1. Dom.Regens Galeota in ſuis sagaciſſimis in iure responſis in respons. pro Ill. Marchione Agrotaria n.10. Reg.Rouit in d. pragm.n.27.*

SVMMARIVM.

1 *Per vnicum actum præſentationis bona fide quæſitum acquiritur poſſeſſio præſentandi.*

2 *Ad recuperandam quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, vel præſentandi ſufficit datio vocis in vna electione, vel præſentatione.*

3 *In his, quæ nō ſolēt concedi ratione vrbanitatis, vel amicitia vnicus actus ſufficit ad acquirendam poſſeſſionem.*

4 *Incertitudo vitiat omnem actum.*

5 *Electione, vel præſentatione confirmata constituuntur in quaſi poſſeſſione electores, vel præſentatores eligendi, vel præſentandi.*

6 *Nullum quod eſt, nullum producit affectū.*

7 *In acquiſitione iurium ſpiritualium requiritur patientia, & ſcientia poſſeſſoris.*

8 *Iura ſpiritualia, quando vacant neceſſaria non eſt ſcientia alicuius.*

QVÆSTIO XVI.

An, & quando acquiritur poſſeſſio præſentandi per vnicum actum, quæ requiſita interuenire debent.

AD hoc, vt acquiratur poſſeſſio iuris præſentādi plura requiſita interuenire debent.

Primò requiritur, quod poſſeſſor, qui reperitur in poſſeſſione præſentandi ſit in bona fide, *c.conſultationibus, de iure patronatus, Innoc.in c.2 de in integ.reſtitutione, de Laurentijs deciſ.Auen.56. n.2. Caſſad.dec.6. de præbend.*

1 Et per vnicum actum præſentationis bona fide quæſitum quæritur poſſeſſio prǫſentandi, *Abb.in c.1.de relig. domib. Alex.in conſ.75.lib.4.Vrſill.add.ad Afflict.deciſ.67.n.4.& in deciſ.282.Nauarr. in conſ.3.n.4.de iure patr.lib.3.*

Hinc notauit, *Innoc.in cap.2.* de in integrum reſtitutione, quod ad recupe-
2 randam quaſi poſſeſſionem iuris eligē-
di, vel præſentandi ſufficit datio vocis in vna electione, vel præſentatione, *Bal. in l.1. §.2. ff. de itinere actuque priuato, Menoch.de arbitr. caſu 160. num. 3. lib. 2.*

Hinc ſcribit, *Bal.in l.1. C.de ſeruituti-*
3 *bus, & aqua*, quod in his quæ non ſolent concedi ratione vrbanitatis, vel amicitiæ, ſed tantummodò permittuntur ab his, qui habent id ius faciēdi vnicus actus ſufficit ad acquirendam poſſeſſionem, vel quaſi, *Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo competens, q.14.n.16. Moneta de optione Canon. cap.3. Nauarr.in alleg.conſ.4. de iure patronatus.*

Requiritur ſecundò, quod præſentatio fuerit admiſſa, neq; repulſata, *Bald. in Margarita in verbo electio, Bertach. in tract. de Epiſcopo lib.1.par.2. nu.2. Caualc.deciſ.46.n.44.*

Ratio eſt, quia paria ſunt non eſſe, quàm eſſe, & inutiliter, aut vitioſè factum, & inualidè, *l.4.§.condemnatum.ff. de re iudicata, Tiraq.de iure constituti limit.7. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens, q.14.*

Requiritur tertiò, quod non ſit appoſita cōditio de cuius admiſſione reddatur incerta facit, *tex.in l.cum de indebito, §.fin.ff.de probation.* quia per talem præſentationē nō dicitur quis poſſidere, arg. *tex.in l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam. tutel. Theſaur.deciſ.222.n.8. Sayr. de cenſuris lib.4.cap.7.n.2.*

4 Ratio eſt, quia incertitudo vitiat omnem actum, *l.hac autem, §.non defendi, ff.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eat.l.3.§.incertam, ff.de acquir.poſſeſſ. Marſilius in rubr. de probationibus, n.359. Magon.deciſ. Luc. 27. Anton.Gomes variar. in tit.de qualit. contract.cap.10.n.17. de Laurentijs deciſ. Auen.*

*Auth.39.n.1. Reg.Rouit.in comm.pragm.
in rubr.de exulibus n.15.in fine.*

Requiritur quartò, quòd præſenta-
tio fuerit confirmata, *Menoch.de arbitr.
cent.2.caſu 161.lib.2. Puteus deciſ.89.*

Hinc eſt, quòd quando electio eſt
5 confirmata conſtituuntur electores, &
præſentatores in quaſi poſſeſſione eli-
gendi, vel præſentandi, *Cardinal.in c.ex
literis, oppoſit.2.de iure patr. Moneta de
opt. canon.cap.3. num.2. Staphil.de literis
gratia, & iuſtitia in tit. de ſtat. & qualit.
benef.§.huiuſmodi, n.14.*

Requiritur quintò, quod inſtitutio,
ſeù confirmatio ſit ſortita effectũ, *Alex.
in conſ.75.vol.9. Leſſ.de iuſt.& iure c.34.
num.141.*

Secus autem ſi ab inſtitutione, ſeù
confirmatione fuerit appellatum, & in
cauſa appellationis fuerit inſtitutio caſ-
ſata, quia talis inſtitutio, ſeù confirma-
tio caſſata, nullum produceret effectum,
*l.4.§.condemnatum,ff.de ſent.& re indica-
ta, Leſſ.in d.tract.lib.2.c.34.n.141.*

Vndè in hoc caſu perindè eſt, ac ſi
6 inſtitutio facta non fuiſſet, *Abb.in conſil.
54.1.par.*quia, quod nullum eſt, nullum
producit effectum, *l.non putauit, §. non
quartis,ff.de bonorum poſſeſ.contra tabulas,
Azor.inſtitut.moral.p.2.lib.7. c.16. q.9.*

Et ſequuta inſtitutione, ſeù confir-
matione in cauſa appellationis, tunc di-
cuntur electores eſſe in poſſeſſione eli-
gendi, vel præſentandi, *Cardinal.in dict.
cap.ex literis oppoſit.2. Nicol. Garcia de be-
nef.cap.3.num.115. Barboſ.de off.Paro-
chi, cap.4.n.12.*

Requiritur ſextò, quòd inſtitutus ha-
bitus fuerit tanquam Rector, vel bene-
ficiatus, & adeptus poſſeſſionem Re-
ctoriæ, vel beneficij, *Valer.Reginald.lib.
30.n.38. Vaſquez in opuſcul.de benef.c.6.
n.100. Ferentill.in annot. ad deciſ. Burat.
19.n.19.Seraph.dec.953.* citati à *Barboſ.
de off.Parochi, cap.4.n.12.*

Requiritur ſeptimò, quòd ille in cu-
7 ius preiudicium poſſeſſio, vel quaſi iu-
ris præſentandi acquiritur hoc ſciat, &
patiatur, *Bart.in l.quod meo, n.6.ff.de ac-
quiren.poſſ. Couar.in cap.poſſeſſor 2.par.in
princ.Io:Andr.in c.bona, el ſecondo de po-
ſtul.Prælat.Reg.Rouit.in prag.de iuriſdict.
non turband.n.26.*

Et regulare eſt in acquiſitione iuriũ
incorporalium poſſeſſione, *Bal.in l.2.C.
de ſeruit.& aqua, Ant.Gom.variar.cap.18.
tom.2.n.25.* ſecus autem in rebus cor-
poralibus, *l.fin.*cum ibi notatis, *c. de præ-
ſcriptionibus, l. quoties, la ſeconda, C. de
ſeruit.Rouit.in d.prag.1.n.27.*quia requi-
ritur traditio, *Rouit.ibidem, & in pragm.
9.de feudis, n.15.*

8 Sed quando iura incorporalia vacãt,
quia nullus eſt in poſſeſſione, tunc non
eſt neceſſe patientia alicuius in acquiſi-
tione iurium incorporalium, *Rochus in
tract.de iure patronatus in verbo compe-
tens, q.14.n.26. Tiraq.in tract.de iur.pri-
mig.q.39. n.3. Ant.Gom.variar. in tit. de
ſeruit.cap.15.n.25.*

SVMMARIVM.

*1 Poſſeſſio iuris præſentandi tranſit à patre
in filiũ, & tranſit à donante in donata-
rium, n.2. & à legante in legatarium,
num.3.*

*4 Iurium incorporalium exercitium tranſit
de vno in alium, etiam titulo ſingulari,
& datur interdictum retinendæ, & re-
cuperandæ poſſeſſionis, n.5. & transfer-
tur, tam ad ſuos hæredes, quàm ex-
traneos, n.6*

QVÆSTIO XVII.

An poſſeſſio iuris præſentandi transfertur, de vno ad alium.

TRanſit hæc poſſeſſio iuris præſentã-
di bona fide quæſita à patre in filiũ,
Bald.in conſ.144. vol.3. CauaKan. deciſ.
1 *Fiuizan.in repertorio in verbo ius patro-
natus, Innoc.in cap.cum noſtris de conceſſ.
præbend. Ant.Capyc.deciſ.121.n.26.Mar-
cus Ant. de Bardis in tract. de tẽp.vtili,
vel continuo, cap.15.n.8.*

2 Ampliatur primò, quia tranſit hæc
poſſeſſio bona fide quæſita etiam v[illegible]

co

cu actu de donante in donatariũ, *Gram. deciſ. 59. num. 4. gloſ. marginalis, ſiue Io: Andr. in c. cum ſeculum de iure patronatus, Nauarr. in conſ. 3. eod. tit.*

3 Ampliatur ſecundò: nam tranſit à legante, in legatarium etiam titulo ſingulari, *Ruin. in conſ. 40. col. 2. vol. 4. Pandon. de exequt. inſtrum. p. 2. declarat. 23. n. 93. Coler. de proceſſ. exequut. n. 18. verſ. ſexto extendimus, Dilectus de arte teſtandi in tit. de leg. cautel. 27.*

4 Ampliatur tertiò, tranſire de vno, in alium exercitium iurium incorporaliũ, etiam titulo ſingulari, *Dec. in conſ. 440. viſo eleganti conſilio, Marcus Ant. de Bardis de temp. vtili, vel continuo, cap. 13. n. 6. Nauarr. in alleg. conſ. 3. de iure patr.*

5 Ampliatur quartò tranſire interdictum retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, *Magon. deciſ. Luc. 4. n. 19. Vrſill. add. ad Afflict. deciſ. 67. nu. 12. Puteus deciſ. 18. Benintend. dec. 12.*

6 Ampliatur quintò, tranſire tam ad hæredes ſuos, quàm extraneos; *Cagnol. in l. hæredem nu. 21. de reg. iur. Grat. lib. 1. reſponſ. 10. nu. 7. Ripa in cap. ſæpè, nu. 26. de reſtit. ſpol.*

SVMMARIVM.

1 *Veritas naturam aromatum habet, quæ quantò magis conteruntur, magis redolent.*

2 *Experientia docet contrariorum collationem multum prodeſſe ad veritatẽ eruẽdam.*

3 *Magnum dicitur poſſeſſionis commodũ.*

4 *Poſſeſſio non eſt turbanda.*

5 *Controuerſia mota lis, dicitur pendere.*

6 *Res efficitur liti ipſa per controuerſiam.*

7 *Iudicium non debet reddi eluſorium.*

8 *Quãdo aliquis eſt in quieta poſſeſſione præſentandi, poteſt præſentare.*

9 *Inſtitutus ad præſentationem bonæ fidei poſſeſſoris iuris præſentandi, remoueri non debet.*

10 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus perceptos, non tenetur reſtituere.*

11 *Ius patronatus, vti ius ſpirituale ineſtimabile eſt.*

12 *Malæ fidei poſſeſſor non facit fructus fructus ſuos, nam eos reſtituere tenetur num. 13.*

14 *Ad beneficia non datur vitioſus ingreſſus.*

QVÆSTIO XVIII.

An, & quando quæſtio iuris patronatus mouetur per patrotronum, contra iuris patronatus poſſeſſorem, an lite pendente præſentatus à poſſeſſore iuris patronatus debeat per Epiſcopum inſtitui?

PRo explicatione quæſtionis arguam pro, & contra, nam veritas naturam
1 aromatum habet, quæ quantò magis conteruntur, magis redolent; ita per cõtrariorum collationem veritas conteritur, & magis ſplendeſcere veritatem diffuſa rerum inuicem pugnantium diſcuſſione, *l. 1. ff. de muneribus, & honoribus.*

2 Experientia docet cõtrariorum collationem, prodeſſe multũ ad eruendam veritatem, *Bal. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus.*

Pro præſentante, & poſſeſſore iuris præſentandi, quod debeat in poſſeſſione manuteneri, & admitti præſentatio, & ſequi inſtitutio, vel confirmatio in beneficio.

Facit primò, quòd ſi aliquis eſt in poſſeſſione, non debet lite pendente amoueri vſque ad finem cauſæ, *Clem. 2. iuncta gloſ. in verbo lite pendente, vt lite*
3 *pendente*, Magnum dicitur poſſeſſionis cõmodum, *gloſ. in c. 1. in tit. ſi de inueſtitura fuerit controuerſia, l. ea quæ, C. de liber. cauſ. Capyc. deciſ. 209.*

4 Poſſeſſio, non eſt turbanda, *l. is qui, ff. de rei vindic. Amend. add. ad Præſides de Franchis, deciſ. 43. n. 4.*

Secundò facit, quòd lite pendente, non prohibetur poſſeſſor ſuam poſſeſſionem continuare, *l. ſi ſeruus, ff. quod cum*

io, l. 1. *ff.de vſucap. Guid. Pap. deciſ.*366.
*nu.*1.poſſeſſor in ſua poſſeſſione eſt ma-
nūtenendus, *clem.*2. & ibi *Cardin. in* 2.
oppoſitione, vt lite pendente.
Pro contraria parte dicitur, quòd
dum mouetur quæſtio ſtatus eligere,
5 præſentate non poſſet: quia mota con-
trouerſia lis dicitur pendere, *Ludou. dec.*
*Luc.*66. & lite pendente nil eſt innouā-
dum, *cap.*1.*& per totum, vt lite pendente*
*nil innouetur, c.*1.*de cauſ.poſſ. & propriet.*
6 Secundò per controuerſiam res effi-
citur litigioſa, *auth.litigioſa, C.de litigio-*
*ſis, c.cum perſona de priuileg.lib.*6. & liti-
gioſa res in alium tranſferri non poteſt,
c.ex parte, iuncta *gloſ.de alienat. iud. mu-*
tand.cauſ.fact.
7 Et continuando poſſeſſionem in iu-
ris patronatus controuerſia iudicium
redderetur quaſi eluſorium, quod eſſe
non debet, *Ripa in c.cum M.Ferrarienſis,*
*n.*193.*de conſtit.Lancell.de attentatis p.*2.
*cap.*4.*Vitalis in tract.de clauſulis clauſul.*
nil operari lite pendente.
Pro reſolutione quæſtionis duos o-
portet diſtinguere caſus.
8 Primus eſt, aut quis eſt inquieta poſ-
ſeſſione præſentandi ſine aliqua con-
trouerſia, & tunc poteſt pręſentare, *cap.*
conſultationibus de iure patronatus, cap.ex
literis, iuncta *glo.in verbo, vel antequam*
eod.tit.Rochus Curt. in tract.de iure patr.
*in verbo cōpetens, q.*20.*in fine, gloſ.in reg.*
*benefic. in verb.obtineri de reg. iur.lib.*6.
9 Et in hoc caſu inſtitutus non debet
amoueri etiam per litem ſuperuenientē,
gloſ.in d.c.conſultationibus, in verbo poſſi-
*debat, Pariſius in conſ.*10.*nu.*69.*lib.*2.*Ro-*
chus Curtius in tract.de iure patr. in ver-
*bo competens qu.*23.*num.*66.*Abb.in conſ.*
106. *part.*2.
10 Ratio vera, & naturalis eſt, quia poſ-
ſeſſor bonæ fidei fructus, quos proba-
biliter conſūpſit non tenetur reſtituere,
*Nauarr.in conſ.*19. *de præb. Amend. add.*
*ad Præſid.de Franch.dec.*31.*n.*6.
Nec dicitur effectus locupletior ex
fructibus iuris patronatus, qui præci-
puè in præſentatione conſiſtunt, *Abbas*
in d.c.conſultationibus, & æſtimationem
non recipiunt, *Menoch. de arbitrar. caſu*
191.*p.*2.*n.*5.
Quia vti ius ſpirituale inæſtimabile
11 eſt, & nullius pretij reputatur, *Abbas*
*in c.dilectus, n.*4.*de relig.domib. Capiblāc.*
*de auth. baron.prag.*1.*n.*11.
Hac de re per impoſſibilitatem fru-
ctus reſtituendi præſentatus inſtitui de-
bet, nec remouetur per litem ſuperue-
niētem, *Federic.de Senis in conſ.*195. *d.c.*
conſultationibus, & ibi Butrius Felin. &
omnes.
12 Secundus caſus eſt, aut poſſeſſor iuris
patronatus, eſt in mala fide, & tunc quia
poſſeſſor malæ fidei non facit fructus
ſuos etiam conſumptos, *Innoc.in cap.du-*
*dum, col.*1. *de priuileg. Bellug. in ſpecul.*
*princip.rub.*22. §.*quia quotidiana, Nauar.*
*in conſ.*19.*de præb.*
Quia eos reſtituere tenetur, *Magon.*
15 *deciſ.*81.*n.*2.*Amend.add.Præſid.de Fran-*
*chis deciſ.*242.*n.*2.*Vrſill.add. ad Afflict.*
*deciſ.*240.*nu.*6. *Tartalia in praxici ciuil.*
*cap.*5. *n.*6.
Ita nec valida præſentare, *Abb.in d.c.*
ex literis, nec inſtitutus in beneficio re-
manere debet, *gloſ.in cap. ex inſinuatione*
in verbo reſtituāt de iure patronatus, quia
14 vitioſus fuit ad beneficium ingreſſus, *c.*
1.*de reg.iur.lib.*1.*c. ex frequentibus de in-*
ſtitutionibus, Nauarr. in alleg. conſ. 19.
de præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Mota controuerſia ante præſentationē ſu-*
per poſſeſsione iuris præſentandi, præ-
ſentatio non debet admitti.
2 *Quando clarè, & apertè conſtat quod cō-*
tradictor eſſet temerè litigans nullum
ius releuans producens præſentatio de-
bet admitti.
3 *Poſſidens bona fide credendum eſt eſſe do-*
minum.
4 *Fraus, & dolus nemini prodeſſe debet.*
5 *Quando nō mouetur quæſtio ſuper poſſeſ-*
ſione, ſed ſuper proprietate tunc præſē-
tatio debet admitti.
6 *Lis quando eſt conteſtata ante præſentatio-*
nem inſtitutio debet differri.

7 Poſſeſſor poſt litem cõteſtatam tenetur fructus reſtituere.

8 Poſt litem conteſtatam omnes incipiunt eſſe malæ fidei poſſeſſores.

9 Omnes poſſeſſores poſt litem conteſtatam pares ſunt.

10 Fructus ſequeſtrantur quando poſſeſſor nõ eſt ſoluendo.

11 Poſſeſſor quando eſt ſoluendo, poteſt percipere fructus.

QVÆSTIO XIX.

An, & quando patronus erat in poſſeſſione bonæ fidei iuris præſentandi, ſed fuit mota cõtrouerſia ante præſentationẽ ſuper poſſeſſione, an debeat præſentatio admitti?

ACceſſoria quæſtio eſt pro cuius reſolutione duos oportet diſtinguere caſus?

Primus eſt, quando patronus erat in poſſeſſione bonę fidei iuris præſentandi, ſed fuit mota controuerſia ante præſentationem ſuper poſſeſſione; eo enim caſu præſentatio non debet admitti, *c. 2. de in integrum reſtitutione, arg. tex. in c. cum M. de conſtit.*

Quia ſuper hoc dependet quæſtio, *Abb. in c. bo. me. nu. 21. de poſtul. Prælat. Rochus Curtius in tract. de iure patron. in verbo competens, q. 23. n. 55.*

Quod limita quando clarè, & apertè
2 conſtat, quod contradictor eſſet temerè litigans nullum ius releuans producens facit, *tex. in l. fin. C. ſi contra ius, vel public. vtilit.* quia tunc præſentatio debet admitti, & præſentatus inſtitui, *clem. paſtoralis de re iudicata*, facit, *c. erit autem lex 4. diſt.*

Ratio eſt, quia temeritas, & malitia nemini prodeſſe debent, *l. contra viatores, C. de inoff. teſtam. Nauarr. in conſ. 19. de præbendis.*

Poſſidens enim bona fide credendũ
3 eſt eſſe dominum, & non debet ad firmiter credendum contrarium, ex eo ſolo, quod contra poſſeſſorem alius quæſtionem moueat, *Magon. deciſ. Luc. 81. n. 13.*

Aliàs daretur materia calumniandi, & inquietandi iuſtum poſſeſſorem, ſi ſolùm ſufficeret libellum præſentare citare poſſeſſorem, & litem conteſtare abſque eo, quòd de iure ſuo aliquid conſtaret, *Nauarr. in alleg. conſ. 19. de præbendis*, quod non eſt ferendum, *Ant. Capyc. in deciſ. 209. n. 11. Magon. in alleg. deciſ. 81. n. 12.*

4 Suffragatur regula generalis, quod fraus, & dolus nemini prodeſſe, & patrocinari debent, *c. nobis de electione, cap. quoniam de filijs presbyterorum, cap. ſedes de reſcript.*

Et non debemus dare locum figmẽtis, *Abbas in cap. cum veniſſent, verſ. nã de facili de in integ. reſtit. de Franch. deciſ. 327. n. 15. Rochus Curtius in tract. de iure patr. in verbo competens, q. 23. num. 54. verſ. quinta fuit opinio.*

Secundus caſus eſt, quando mouetur quæſtio non ſuper poſſeſſione, ſed ſuper proprietate iſte caſus eſt indubitabilis, de quo loquitur *tex. in cap. ex literis de iure patronatus*, & dicas, quòd pręſentare poteſt, ſicut, & alios fructus colligere bonæ fidei poſſeſſor, *Abbas in d. cap. ex literis, Anton. Gabr. comm. concl. in tit. de acquirend. rer. dom. concl. 1. n. 3.*

Et confirmari debet præſentatus etiã poſt litem conteſtatam ſuperuenientẽ, quia attenditur initiũ habile, *Rochus in d. tract. q. 23. Gratian. diſcep. foren. cap. 222. n. 15. Cardinal. Tuſcus concl. 703.*

6 Si autem lis eſt conteſtata ante præſentationem, & aliquod ius releuãs fuit productum inſtitutio debet differri vſq; ad finem cauſæ, *Abb. in d. cap. ex literis, Rochus in d. tract. in verbo cõpetens. q. 23.*

7 Ratio eſt, quia poſt litem conteſtatã poſſeſſor tenetur reſtituere omnes fructus quos percepit, *Bald. in rubric. de vſuris, & fructibus rei iudicatæ, facit, c. cũ dilectus de cauſ. poſſ. & propriet. Anton. Capyc. dec. 93. n. 12. in fin. Tartal. in prax. ciuil. cap. 5. n. 32.*

8 Hinc

8 Hinc eſt, quòd poſt litem conteſtatã omnes incipiunt eſſe malæ fidei poſseſſores, *l.ſed ſi loci, §. poſt litem, ff. finium regundorum, Ludouic. Vitalis variar. lect. cap. 19.*

Incipiunt enim capere rem ad eos non ſpectantem, *Vrſill. add. ad Afflict. deciſ. 240. n. 6. Amend. add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 292. n. 2.*

9 Omnes poſseſsores poſt litem côteſtatam pares ſunt, *l. videamus* §. 1. & ibi, *Bart. ff. de vſuris, l. cum fundum, ff. de certum petatur, Marant. de ordine iudiciorũ diſtinct. 6. num. 3. Surdus deciſ. Mantuæ 5. n. 7. Ant. Capyc. deciſ. 93. n. 12. in fin.*

Et ex his rationibus videtur dicendũ à ſimili, quia ſi inſtitueretur præſentatus, & ſuccũberet fructus iuris preſentãdi perceptos reſtituere non poſset. *gloſ. in cap. nõ liceat in verb. cum fructibus 12. qu. 2.* facit quod *not. Benintend. deciſ. 20. num. 15.*

Hac de re per impoſſibilitatem fructus reſtituendi non debet preſentatus inſtitui facit, *tex. in l. Iulianus, §. quoniã, ff. ad exhibendum.*

Simile in eo, qui fructus dilapidat, &
10 non eſt ſoluendo, nam fructus ſequeſtrantur, *c. fin. de ſequeſtr. poſſ. & fructuũ, Manſonius in tract. de cauſis exequutiuis, ampliat. 37. n. 32.*

Quando verò eſt ſoluendo in rebus
profanis poteſt poſseſsor percipere
11 fructus, & vti liberè poſseſſione lite
pendente, quia eos reſtituere poteſt, *Puteus deciſ. 417. lib. 1. Magon. deciſ. Luc. 81. n. 13. & 14.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus, cui quæſtio iuris patronatus commiſſa eſt poteſt pronunciare clericum inſtituendum, ſed pro inſtitutione Ordinarius eſt adeundus.*

2 *Papa nunquam per formam delegationis intendit Ordinario præiudicare, nec per illam clauſulã appellatione remota, n. 3. & nunquam cenſetur iuri tertij derogare, num. 4.*

3 *Omnes quorum intereſt appellare poſſunt.*

6 *Exceptio dilatoria, licet ſit proponenda ante litis conteſtationem procedit inter partes, ſecus quoad tertium.*

7 *Tertius comparens ad cauſam docto de intereſſe ſaltem ſemiplenè debet audiri, & poteſt impedire immiſſionem in poſſeſſionem, & ſententiæ exequutionem, num. 8.*

9 *Noua cauſa ſuperueniente poteſt iudex recuſari.*

10 *Delegatus Principis quantũuis motu proprio datus, poteſt ex legitima cauſa recuſari.*

11 *Princeps in dubio non videtur cauſam cõmittere ſuſpecto.*

12 *Volenti non fit iniuria.*

13 *Conſenſus, in his, quæ sũt grauis præiudicij debet eſſe expreſſus, & non tacitus.*

14 *Malitia, & temeritas nemini prodeſſe debent.*

QVÆSTIO XX.

An, & quando Papa committit alicui Iudici cauſam controuerſiæ ſuper iure præſentandi, & quæſtio deciditur, an poſſit Iudex delegatus clericum in beneficio inſtituere?

AD quam quæſtionem reſolutiuè, dicas, quod delegatus Iudex cui quęſtio iuris patronatus eſt commiſsa, poteſt ex delegatione pronunciare clericũ eſse inſtituendũ, ſed pro inſtitutione ha-
1 benda ad Ordinariũ debet recurrere is, qui ſententiam pro ſe obtinuit caſus eſt *in cap. ſuper eo de off. & poteſt. iud. deleg. c. ad aures de reſcript. C. ex multiplici de decimis, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verb. honorificum, q. 33.*

2 Ratio eſt, quia nunquam per formã huiuſmodi delegationis intendit Papa Ordinario præiudicare, *Abb. in conſ. 71. par. 2. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 26. verſ. Ieſu Chriſti, idem in rubr. 28 § poſtquam n. 14. Curtius in tract. de feud. q. 8. Rimin. in conſ. 398. præſens conſultatio.*

Ampliatur primò, vt nec per illam
3 clauſulam appellatione remota, quæ vtitur ſolus Princeps, non autem inferior, *l.1.§.fin.ff.quibus appellare non licet;* cenſetur tertiò, vel ijs quorum intereſt appellatio ſublata, *c.licet de off.& poteſt. Iud.ordinarij*, ſed ſolum inter partes, *c. ex multiplici de decimis*.

Ampliatur ſecūdò in Papa, vel Prin-
4 cipe, qui nunquam cenſetur iuri alterius derogare, *Abb.in c.ad aures de præſcriptionibus, Maranta de ordine Iudiciorum p.6.verſ.appellatio, n.338. Bellug. in ſpecul.princip.rub.28.§. poſtquam n.14. Præſes de Franchis deciſ.634.num.15. Bocſius deciſ.49.*

Ampliatur tertiò, vt ſi fiet inſtitutio à delegato: Epiſcopus, vel alius Prælatus
5 Ordinarius appellare poſſunt, & omnes quorum intereſt, *c.non ſolum, 2.q.6.* & inſtitutio venit irritanda, *c. cum controuerſia*, iunctâ *gl.de sent.& re iudic. Bellamera deciſ.702.*

Ampliatur quartò, nā licet exceptio
6 dilatoria ſit proponenda ante litis conteſtationem, *c.inter monaſterium de re iudicata, c.paſtoralis de exceptionibus, cap. ex inſinuatione de off.deleg.*

Hoc verū, quo ad partes ſecus quò ad tertium, *l.ſi quis libertatem, ff.de petit.hæred.Felyn.in c.veniens, el ſecundo de teſtib. Horatius Viſconti add.ad Præſid.de Franchis deciſ.584.*

Ampliatur quintò in tertio compa-
7 rente ad cauſam, qui doctò de intereſſe, ſaltem ſemiplenè debet audiri, & poteſt impedire immiſſionem in poſſeſſionem, & ſententiæ exequutionem, vel
8 inſtrumenti, *l.ſi Diuo Pio, §. ſuper eo*, & quod ibi notant DD. *ff. de re iudic. Magon.deciſ.Luc.64. Ludou.dec.Peruſina 26. de Laurentijs deciſ.Auen.10.n.9.*

Ampliatur ſextò in delegato, qui no-
9 ua cauſa ſuperueniente poteſt recuſari, *d.c.ex inſinuatione*, iunctâ *glo.de off.& poteſt.iud.deleg.sex.in l.ſi cum dies, §.ſi arbiter, ff.de receptis arbitris, c.licet, de off.Ordinarij, c.cum inferior de maior. & obed.*

10 Ampliatur ſeptimò in delegato Principis, qui quamuis motus proprio datus poteſt ex legitima cauſa reuocari, *c.cum inter de exceptionibus, Bellug.in d. tract.rub.26.*

11 Ratio eſt, quia princeps in dubio nō videtur cauſam committere ſuſpecto, *c.poſtremò de appellationibus, l.apertiſſimi, C.de iudicijs.*

Limita primò, ſi conſenſerit Epiſcopus, de cuius præiudicio tractatur; tūc iudex delegatus poteſt clericum inſtituere, & in poſſeſſionem beneficij immittere, *glo. in c. cum inter de electione, Moneta in tract.de decimis, c.2.n.4.*

12 Ratio eſt, quia volenti non fit iniuria, *l.ſi quis in conſcribendo, C.de pactis, c. ad apoſtolica de regularibus, Pariſius in conſ.10.vol.4.*

Limita ſecundò, ſeù potius declara,
13 quod conſenſus debet eſſe expreſſus, & non tacitus, *glo.in cap. licet de electione*, quia in his, quæ ſunt grauis præiudicij non ſufficit tacitus cōſenſus facit, quod legitur, & notatur *in c. qui tacet de reg. iur.lib.6.l.qui patitur ff.mandati, c.cū parulis de conſecratione diſt.8.Couarr.pract. lib.1.c.15.n.5.Tiraq.de iure primig.q.20. n.4. in fine.*

Limita tertiò, quando appellatio fieret à tertio, vel ab ijs contra quos eſſet ſuſpicio, quòd malitiosè appellaretur, vt ſententia retardaretur; nam tunc non eſſet admittendo, *glo.in d.c.ſuper eo*, ſicut contingit in reſtitutione in integrum, *Afflict. decis.101.* & quod notat *Vrſill. ibidem.*

14 Ratio eſt, quia malitia, & temeritas nemini prodeſſe debeat, *c. cæterum de reſcriptis, Abb.in c. adhac de appellationibus, Capycius dec.132.num.10.de Franch. dec.327.Marcus Ant.de Bardis in tract. de temp.vtili, vel continuo c.5.n.2. Regens Rouit.in prag.1.de minoribus, n.28.*

SVMMARIVM.

1 Sententia exequutio debet differri, ſi per eam alicui tertio, de quo non eſt cogitatum præiudicium generatur.

2 Priuilegium, & reſcriptum extenditur, et complectitur eos, de quibus eſt cogitatū.

3 Pri-

3 *Priuilegium quatenus præiudicium tertio generatur, debet ſtrictè interpretari.*

4 *Priuilegium quantum poſſumus debemus reducere ad iuris conſonantiam.*

5 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, poteſt recuſare iudicem, ſi cauſam legitimam recuſandi habet: & quæ ſit ratio: num. 6.*

QVÆSTIO XXI.

An ſententiæ exequutio debet differri, ſi per eam alicui tertio, de quo non eſt cogitatum præiudicium generatur?

1 Sententiæ exequutio debet differri ſi per eam alicui tertio, de quo nõ eſt cogitatum præiudicium generatur, *Alex. in conſ. 85. col. fin. vol. 5. de Laurentijs deciſ. Auen. 70. n. 9. Horatius Viſconti add. ad Præſid. de Franch. deciſ. 534.*

2 Ampliatur primò, quia priuilegia, & reſcripta extendantur, & complectũtur tantùm eos, de quibus actum, & cogitatum eſt, *l. cum Aquiliana ff. de tranſactionibus.*

Ratio eſt, quia actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi certum petatur, Felyn. in c. paſtoralis de off. ordinary, Abbas in conſil. 76. par. 1.*

3 Ampliatur ſecundò, idem eſſe in priuilegio, quatenus præiudicium tertiò infert debet ſtricti interpretari, *cap. cum olim de conſuetudine, c. ex tuarum de auth. & vſu pall. Tiraq. in tract. de iure primig. q. 40. n. 28. Gutt. Canon. q. 21. n. 26. lib. 2. idem in conſ. 10. n. 2. Moneta in tr. de decimis, cap. 4. n. 64.*

Ampliatur tertiò, vt ſemper intelligatur abſque tertij præiudicio, ita vt inualidum ſit, quod alicui præiudicium generaret, *Ruin. in conſ. 133. vol. 1. de Franchis, deciſ. 261. Barboſ. de off. Parochi, cap. 28. §. 3. num. 115.*

4 Ampliatur quartò, idem eſſe in priuilegio, quòd quantum poſſumus debeatur reduci ad iuris conſonantiam, *cap. ſuggeſtum de decimis, l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. Andr. de Iſernia in c. 1. qui ſucceſſ. teneantur, Cald. in conſ. 29. de regularibus, idem in conſil. 19 de præbendis, Amend. add. ad Præſidem de Franch. deciſ. 83. num. 2.*

5 Ampliatur quintò in tertio comparẽte pro ſuo intereſſe docto de intereſſe ſaltem ſemiplene, poteſt recuſare Iudicem ſi cauſam legitimam recuſandi habet, *l. 4. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico,* ſi iuſtam, & rationabilem cauſam fouet, *Menoch. de arbitr. conſ. 18. lib. 1.*

6 Ratio eſt, quia dum admittitur ad comparendum debet admitti ad omnes defenſiones, *l. ſæpè, ff. de re iudic. Gabriel Roman. in tract. de clauſulis concl. 4. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ſeculare ſi aliquo titulo lucratiuo, vel oneroſo, per quem dominiũ transfertur, tranſit ad eccleſiaſticos mutat ſuam naturam, & fit de ſeculari eccleſiaſticum, ità, & è contra.*

2 *Mutatione perſonæ, mutatur ſtatus rei, vel cauſæ.*

3 *Per translationem iuris patronatus ſecularis in eccleſiaſticum, in nullo læditur ius Epiſcopale.*

4 *Res tranſit cum ſuo onere.*

5 *Ius patronatus, quando transfertur de ſeculari ad eccleſiaſticum, in nulla læditur ius Epiſcopale.*

6 *Res tranſit cum ſuo onere, & cum omnibus iuribus.*

7 *Ius patronatus, quando de ſeculari ad eccleſiaſticum tranſit, omnia ſunt applicanda, quæ iuri eccleſiaſtico conueniunt.*

8 *Patroni eccleſiaſtici variari non poſſunt.*

9 *Eccleſiaſtici patroni præſentantes indignũ priuantur, poteſtate præſentandi.*

10 *Epiſcopus conferens beneficiũ indigno pro illa vice poteſtate conferendi priuãtur.*

11 *Priuilegium eccleſiaſtici patroni communicatur etiam ſecularibus, ſi ſimul præſentant cum eccleſiaſticis, ratione communionis priuilegium, tranſit ad laicum.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXII.

An, & quando ius patronatus ſeculare, tranſit ad eccleſiaſticos cenſeri debeat ſeculare, vel eccleſiaſticum.

1 Prima concluſio: ius patronatus ſeculare, ſi aliquo titulo lucratiuo, vel oneroſo per quod dominium transfertur, tranſit ad Eccleſiaſticam perſonam mutat ſuam cauſam, & fit de ſeculari Eccleſiaſticum, itá & è conuerſo, *c. 1. & vltimo de iure patronatus lib 6. Couarr. practic. q. c. 36. n. 5. Praſes de Franch. deciſ. 696. n. 4. Maſcard. de probat. concl. 1377. n. 3.*

2 Ratio eſt, quia mutatione perſonæ mutatur ſtatus rei, & cauſæ, *l. licitatio, §. penul. ff. de public. Menoch. de arbitr. lib. 3. caſu 169. n. 5. Crauet. in conſ. 193. nu. 10. Vantius in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu, mand. nu. 86. Velaſc. de iure emphit. q. 17. n. 15. Barboſ. de off. Parochi, cap. 28. §. 2. num. 54.*

3 Secunda concluſio: per translationẽ à ſeculari, in eccleſiaſticum in nullo læditur ius Epiſcopale, *glo. in c. cum ſeculũ de iure patronatus, glo. in c. quarimoniam in verbo muſetur eod. tit. c. quia monaſterium de relig. domib. Couarr. pract. lib. 2. q. 36. n. 8. Gabed. in tract. de patronat. Regia Coron. cap. 22. num. 9. Gutter. conſ. 1. num. 53.*

4 Quia res tranſit cum ſuo onere, *Cephal. in conſ. 358. nu. 8. Hieron. Gabriel in conſ. 135. n. 2. vol. 2.*

5 Ampliatur primò, nam quando trãſ-
fertur de ſeculari. In eccleſiaſticum om-
nia ſunt applicanda, quæ iuri patrona-
tus eccleſiaſtico conueniunt *d. c. vnico:*
vndè Legatus poteſt conferre præben-
das, vel beneficia ad dictum ius patro-
natus ſpectantia, *c. cũ dilectus de off. leg.*
6 nam efficitur per omnia eccleſiaſticum,
Riminal. in cons. 344. vol. 5. Couarr. pract.
lib. 2. c. 36. n. 10. nam tranſit cum omni-
bus iuribus, *Riminal. ibid. n. 7.*

Ampliatur ſecundò, quia non poſ-
ſunt variare in preſentatione, nam ec-
8 cleſiaſtici variare non poſſunt, *glo. in c.*
quod autem in verbo poſsidere de iure pa-
tronatus, glo. in cap. cum autem in verb. per-
ſona eod. tit. glo. in c. paſtoralis in verbo ro-
bur eod. tit.

9 Ampliatur tertiò, nam ſi præſentant indignum priuantur pro illa vice iure, & poteſtate præſentandi, *c. cum vos de off. ordinar. Abb. in c. in geneſi de electione, glo. in c. Relatum in verbo indigni ſunt de iure patronatus, Gabed. de patronat. Regia Corona, cap. 22.*

10 Ampliatur quartò, procedere etiam in Epiſcopo conferente beneficiũ indigno, qui pro illa vice poteſtate conferendi priuatur, *c. Innotuit de electione, Roland. de lucro dotis q. 14. n. 17. Rebuff. in praxi beneficiaria in tit. de forma Vic. Archiep. n. 147.*

Ampliatur quintò, nam habebunt tempus ſex menſium ad præſentandum *d. c. vnico,* iuncta *glo. de iure patronatus, c. eam te,* iuncta *glo. de eod. tit.* & hoc priuilegium communicatur etiam ſecularibus, ſi ſimul præſentant cum eccleſiaſticis, *Roland. in dict. tract. de lucro dotis quaſt. 19.*

11 Hinc eſt, quòd ratione communionis hoc priuilegiũ tranſit ad laicos ad iſtar eius qui habet rem communem cũ pupillo, *l. ſi communem fundum, ff. quẽadmodum ſeruitus admittatur.*

Ita quòd per eccleſiam conſequitur id, quod de per ſe conſequi non poſſet, *cap. pen. de conceſſ. prabende.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium indiuidui tranſit ad ſocium de per se non priuilegiatum.*

2 *Princeps ſi minori concedat reſtitutionem in integrum, talis conceſsio prodeſt etiam maiori, ſi in eadem causa poſtuletur, cum qua venit etiam minor, & idem erit in cauſis, vbi inter consortes aliquis priuilegiatus adfuerit, n. 3.*

4 *Votorum idem eſt iudicium.*

5 *Argumentum valet negatiuum ab vno cõnexorum ad aliud connexum.*

6 Con-

6 *Conſequens, quando ſequitur ad antecedens, & termini ſunt conuertibiles frequenter, & vt plurimũ deſtructo principali, deſtruitur conſequens.*

QVÆSTIO XXIII.

An priuilegium indiuidui tranſeat ad ſociũ nõ priuilegiatũ?

PRiuilegium indiuidui tranſit ad ſociũ non priuilegiatũ, *glo. in c. vnico de iu-*
1 *re patronatus lib. 6. Abbas in c. dilectus de off. legat. idem in conſ.* 88. *lib. 2. Ruin. in conſ. 61. col. penul. vol. 2. Ant. Gabriel cõm. concl. in tit. de hared. inſtituend. concluſ. 2. num. 45.*

2 Ampliatur primò in Principe, qui ſi minori concedat reſtitutionem in integrum, talis conceſſio prodeſt etiã maiori ſi in eadem cauſa poſtuletur, cum qua venit etiam minor, *Caſſad. in conſil.* 66. quem citat *Marcus Ant. de Bardis de tem. vtili, vel continuo, cap. 18. num. 24. Guid. Pap. deciſ. 562. n. 1. Ruin in cõs. 129. col. fin. vol. 1.*

3 Ampliatur ſecũdò, idem eſſe in cauſis, vbi inter coniũctos litis aliquis priuilegiatus adſuerit, *Io: de Amicis in cõs.*
4 *1. in cauſa, & lite n. 15.* quia vnitorum idem eſt iudicium, *Ruin. in conſ. 85. col. fin. vol. 2. l. cum precum, C. de liberal. cauſ. c. cum olim, de cenſib. de Laurentijs deciſ. Auen. 51. num. 7.*

Ampliatur tertiò, idem in cauſis cõiunctorum, in quibus vniformè iudiciũ eſt, *l. cum actum, ff. de neg. geſtis, l. cum qui Aedes, ff. de vſucap. l. fin. ff. de calum.* quæ iura citat *de Laurentijs deciſ. Auen. 16. n. 4. de Franchis deciſ.* 136. & quod ibi annotauit *Amend. add. n. 6.*

5 Ampliatur quartò, idem eſſe in argumento, ſaltem negatiquo, quod valebit ab vno connexorum ad aliud cõnexum, quos ſpectar, *c. tranſlato de conſtitutionibus, l. plerumq; ff. de Edilitio Edicto,* facit, *tex. in cap. is cui de praben. lib. 6. Add. ad deciſ. Guid. Pap. decis. 265. in verbo effecti, Anton. Gabriel comm. conclus. in tit. de hæredibus inſtituend. num. 45.*

Hinc eſt, quod quando termini ſunt conuertibiles, & conſequens ſequitur ad antecedens frequenter, & vt plurimum deſtructo antecedenti, deſtruitur, & conquens, *Moneta de option. canon. c. 4. n. 106. Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 18. n. 24.*

SVMMARIVM.

1 *In emptorem villæ, vel caſtri tranſit ius patronatus.*

2 *Villa, vel caſtrum continet quid vniuerſale: & ideò vendita villa, vel caſtro cum omnibus iuribus tranſit ius patronatus, num. 3.*

4 *Natura iuris patronatus eſt tranſire cum vniuerſitate bonorum, vti acceſſorium ad principale.*

5 *Ius ſpirituale, & incorporale eſt ius patronatus, & ideò annectitur vniuerſitati bonorum.*

6 *Si ad dominum ciuitatis, vti dominũ ſpectat ius patronatus, vendita ciuitate cũ omnibus iuribus transfertur ius patronatus in emptorem, niſi ſpecialiter ſit exceptum, n. 7.*

8 *Imperator, vel Regij ſi competat ius præſentandi, vel conferendi beneficia in Eccleſia alicuius ciuitatis, & illam conceſſit in feudum cum omnibus iuribus intra, & extra videtur etiam ius patronatus conceſſum, niſi ſpecialiter ſit exceptum, n. 9.*

10 *Ius patronatus, quando ex conſuetudine præſcripta, ſpectat ad primogenitum, ſeù ſeniorem domus, ſi ſenior vendit partem ſuam caſtri, ius patronatus non tranſit in emptorem, ſed ad alium ſeniorem.*

11 *Priuilegium perſonale ſequitur perſonam, & extinguitur cum perſona.*

12 *Ius patronatus quando ſpectat ad populum non ratione bonorum venditis bonis non transfertur ius patronatus.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIV.

An in emptorem villæ, vel caſtri tranſeat ius patronatus?

PRima concluſio: in emptorem villæ,
vel caſtri tranſit ius patronatus, *cap.
ex literis, de iure patronatus*, ſi villæ, vel
1 caſtro ius patronatus adhæreat, *Na-
uarr. in conſ. 1. de iure patronatus, Marcus
Anton. de Bardis, in tract. de tempore
vtili, vel cõtinuo, cap. 18. n. 71. Capiblanc.
de authorit. baron. prag. 1. nu. 10. de Fran-
chis, deciſ. 1. n. 42.*

2 Ratio eſt, quia villa, vel caſtrum cõtinet, quid vniuerſale, *And. de Iſernia in c. 1. in tit. quæ ſint regalia. Rochus Curtius in tract. de iure patronat. in verb. vtile, q. 22. n. 41.*

3 Ampliatur primò in venditione villæ, vel caſtri cum omnibus iuribus, honoribus, & honorantijs, tranſit ius patronatus in emptorem, *Couarr. variar. lib. 1. c. 17. nu. 7. Proſper Farinac. in prax. crimin. lib. 1. qu. 25. n. 156.*

Quia ius patronatus honor eſt, *c. nobis de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronat. in verb. honorificũ. quæſt. 1. & 2.*

4 Ampliatur ſecundò, tranſire ius patronatus cum vniuerſitate bonorum, vti acceſſorium ad principale, *glo. in c. cum ſeculum in verbo emptorum de iure patronatus, Rochus in d. tract. in verbo is, vel is, à quo q. 21. de Franch. deciſ. 165. n. 10. Tiraquel. in tract. de iure primig. q. 39. n. 3.*

5 Ratio eſt, quia ius patronatus cum ſit ius ſpirituale, & incorporale annectitur iuribus, & rebus corporalibus, & tranſit cum vniuerſitate bonorum, *cap. de iure, iuncta glo. de iure patr. Couarr. variar. lib. 1. c. 13. n. 3. Menoch. de arbitr. caſu 195. nu. 5. Sayr. de cenſuris lib. 3. cap. 16. num. 81. in fin.*

6 Ampliatur tertiò, vt ſi ad dominum ſpectat ius patronatus, vendita ciuitate cum omnibus iuribus, iuriſdictione diſtrictu, omnibus honoribus, & honorantijs ius patronatus trãsfertur in emptorem, abſque expreſſione iuris patronatus, *Abb. in conſ. 91. par. 2. De Franchis deciſ. 1. Capibl. de author. baron. pragm. 1. num. 1.*

7 Niſi ſpecialiter ſit exceptum, *d. cap. ex literis, Rochus Curt. in d. tract. de iure patronatus, in verbo is, vel is à quo q. 22. Farinac. in praxi crim. lib. 1. q. 25. n. 136.*

8 Ampliatur quartò in Imperatore, vel Rege, quibus ſi competat ius patronatus, ſeù ius præſentandi, vel conferendi beneficia in Eccleſia alicuius ciuitatis, & illam conceſſit in feudum cum omnibus iuribus intra, & extra competentibus, videtur etiam ius patronatus conceſſum, *Innoc. in rubr. de iure patron. Lambertin. lib. 2. par. 2. art. 2. q. 9. n. 2.*

9 Niſi ſpecialiter, ſit exceptum, *Guid. Pap. deciſ. 507. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 195. n. 5. Bertachin. in tract. de Epiſcopo in tit. de poteſtate Epiſcopi circa res Eccleſiæ lib. 4. n. 43. Capiblanc. de auth. baron. pragm. 1. n. 3.*

Limita primò, quando ius patronatus
10 ex conſuetudine præſcripta, vel alias
ſpectat ius patronatus ad primogenitũ,
vel ſeniorem domus; ſi ille ſenior vendit partem ſuam caſtri, vel villę ratione cuius ſpectat ius patronatus; id ius non tranſit in emptorem, ſed transfertur ad alium ſeniorem, vel primogenitum domus, *Tiraquell. in tract. de iure primigen. q. 37.* qui citat *Cardinal. in conſ. 48.* incipit *quidam nobilis.*

Ratio eſt, quia illa prærogatiua eſt vice priuilegij, & cõtemplata eſt agnatio, & primogenitus, vel ſenior habet ius patronatus, vti perſonale priuile-
11 gium, quod perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona, *reg. priuilegium de reg. iur. lib. 6.*

Limita ſecũdò, ſi ad venditorẽ vniuer-
12 ſitatis bonorũ ſpectat ius præſentnadi,
nõ ratione bonorũ, veluti ſi ius præſentandi ſpectat ad populum, & ipſe vti vnus de populo præſentat, vt in *c. quarelam de electione*, quia tunc ius patronatus, ſeu ius præſentandi, non transfertur in emptorem bonorũ, ſed remanet pœnès venditorem eiuſq; hæredes

ſa-

ſanguinis, *Syluester in ſua ſumma part.1. in verbo ius patronatus.*

Etiam ſi non ſit exceptum, *Cardin. in c.ex literis,q.11.de iure patr.*

SVMMARIVM.

1 *In vſufructuarium omnium bonorum träſit ius præſentandi,& ſi caſus occurrerit, poterit præſentare, n.2.*

3 *Fructus iuris patronatus in præſentatione conſiſtunt.*

4 *Vſufructuarius,ſi eſt perſona eccleſiaſtica, & dominus directus ſecularis, ius patronatus dicitur ſeculare;ſi vſufructuarius eſt ſecularis, & dominus directus, eſt eccleſiaſticus ius patronatus, dicitur eccleſiaſticum.*

5 *Iura directa in vſufructuarium non träſferuntur.*

QVÆSTIO XXV.

An in vſufructuarium bonorum tranſeat ius patronatus,ſeù ius præſentandi? .

PRima concluſio: in vſufructuarium omnium bonorum tranſit ius præ-
1 ſentandi, *Menoch.de arbitr.caſu 160.lib. 2. Cauale.deciſ.22.n.26.Menoch.in conſ. 66. Calderin.in conſ.27.de regularibus, Cranett.in conſ.68.n.4.*

Nam poteſt ſtare ius præſentãdi abſque directo iure patronatus, *Abb.in cõſ. 76.par.1.Hieron.Gigas in conſ.48. Dominus Regens de Marinis reſolut.quot.c.101. lib.2.n.5.*

Hinc eſt, quod ſi caſus occurrerit
2 vacationis beneficij,poterit vſufructuarius præſentare, *Abb.in c.cõſultationibus, & in cap.ex literis de iure patronat. Molin de Hiſp.primogen.lib.1.n.4.Bal.in cõſ. 63.vol.1.*

Ratio eſt, quia cũ omnes fructus bonorum omnium ſpectant ad vſufructuarium,ſpectare debent fructus iuris patronatus, qui præcipuè in præſentatio-
3 ne conſiſtunt, *gloſ.in cap.ex literis in verbo vel antequam de iure patronatus, de Franchis deciſ.49. n.10.Aloyſ. Ricc.deciſ. 23. n.2.1.par.*

Limita primò, ſeù declara, quia ſi vſufructuarius eſt perſona eccleſiaſtica,
4 & dominus directus,eſt ſecularis ius patronatus,dicitur ſeculare, *Io:And.in c.1. de iure patr.lib.6.Menoch. in conſ.66.Io: Copp.dec.Saxon.42.*

Limita ſecundò, ſeù declara, nam ſi vſufructuarius eſt ſecularis, & dominus directus,eſt eccleſiaſticus ius patronatus,dicitur eccleſiaſticum non ſeculare, *Io: And.in c.1.de iure patronatus, lib.6. Rouinal. ſenior in conſ.* 344. quia dominium directum non eſt tranſlatum, ſed remanet penes proprietarium, *Ricc.dict. deciſ.23.* nam in vſufructuarium iura directa non transferuntur, *DD.in l.2.C.de iure emphiteot. Amend. add. ad Præſid.de Franch. deciſ.49.*

SVMMARIVM.

1 *Villa, vel caſtrum continet iura Vniuerſitatis, & ideò cum Vniuerſitate poteſt ius patronatus donari,vẽdi, & obligari.*

2 *Ius patronatus ſimpliciter, & de per ſe vendi non poteſt, quia committeretur ſimonia.*

3 *Ius patronatus donari poteſt, & cadi cum conſenſu Epiſcopi.*

QVÆSTIO XXVI.

An, & quando ius patronatus, tranſit cum Vniuerſitate bonorum ſufficit, quòd adhæreat cuicumq;rei,ſed an oporteat rem eſſe talem, quòd cõtineat iura Vniuerſitatis?

PRima concluſio: Ad hoc, vt tranſeat ius patronatus non ſufficit, quod adhæreat cuicumque rei, ſed oportet rem
1 eſſe talem,quæ contineat iura Vniuerſitatis, vt villa, vel caſtrum, ita docet, *Abbas in cap. ex literis de iure patronatus,*

gloſ.in c.cum Bertoldus in verbo eum Vniuerſitate de re iudicata, Moneta de opt.can. cap.5.num.42.

1 Ampliatur primò, quia ius patronatus cum Vniuerſitate bonorum poteſt donari, vendi, & obligari, *glo.in c. cum ſeculum in verbo emptorum de iure patron.* ad inſtar fundi dotalis, *l.1.ff.de fundo dotali, l.quadam.ff.de acq.rer.dom.* & non requiritur Epiſcopi conſenſus. *Cald.in conſ.18.de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo is, vel is à quo q.27.*

2 Ampliatur ſecundò, nam de per ſe, ideſt ſimpliciter vendi, & obligari non poteſt, *glo.in c.quia clerici in verbo comparant de iure patr.* quia committeretur ſimonia, *c.quarelam de electione, & cap. querelam de ſimonia, Moneta de opt. can. cap.5.n.42. Abbas in d.cap. quia clerici de iure patronatus.*

Ratio eſt, quia ius patronatus per annexationem iuri ſpirituali, iudicatur, ac ſi eſſet merum ius ſpirituale, *c.de iure,* iuncta *glo. de iure patr.* quia quæ religioſis adhærēt religioſa ſunt, *l.quæ religioſis, ff.de rei vendic.c.quanto de iudicijs.*

3 Ampliatur tertiò, quia poteſt donari, & cædi cum conſenſu Epiſcopi de per ſe, ideſt ſimpliciter, *c. ex inſinuatione de iure patronatus,* & transfertur in donatarium, & ceſſionarium, *Moneta de opt. can.cap.5.n.42.de Franch. deciſ.506. Farinac.in prax.crim. tom.1.q.25. nu.135. Lambertin.de iure patronat.lib.2.p.2.q.3. art. 3. num. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Habens aliquos fundos, vel villam in quibus ius patronatus ineſt, & dicat venditor, vendo omnia iura, quæ habeo in fundo, vel villa ius patronatus, non tranſit, & quare, vide n.2.*

3 *Quando aliquid vna via prohibetur alia concedi non debet in fraudem legis prohibentis.*

4 *Ius patronatus vti ius ſpirituale vendi nō poteſt.*

5 *In venditione bonorum, in quibus extat ius patronatus, vt ius patronatus transferatur, oportet, quod dicat venditor, vendo villam cum omnibus iuribus.*

6 *Vendita Vniuerſitate omnium bonorum cū omnibus iuribus, abſque expreſſione iuris patronatus, transfertur in emptorem.*

QVAESTIO XXVII.

An habens fundum, vel villam, in quibus ius patronatus ineſt, & dicat vendo villam cū omnibus iuribus, ius patronatus, tranſit, an ſi dicat, vendo omnia iura, quæ habeo in villa ius patronatus, an tranſeat?

Habens fundos, vel villam, vel caſtrum, in quibus ius patronatus ineſt, dicat venditor, vendo villam cum
1 omnibus iuribus, tunc ius patronatus tranſit, *Io: And.in add.ad Specul.in tit.de iure patronatus in add.magna, Cald.in cōſ. 9.de iure patronatus.*

Secus autem ſi dicat, vendo omnia iura, quæ habeo in villa, fundo, vel caſtro, *Abbas in c.ex literis, & in c.cum ſeculum de iure patronatus;* nā tunc ius patronatus non tranſit, *Cald.in d.conſ.9.*

2 Quia non ſubeſt aliqua Vniuerſitas bonorum temporalium, *Menoch.de arbitrar.caſu 165.lib.2.* nam committeretur ſimonia in venditione iuris patronatus ſimpliciter per indirectum, vt in *c.querelam de ſimonia, Proſper Farinac.in prax. crim.tom.1.cap.25.n.136.*

Ratio eſt, quia ſi permitteretur, vt tranſiret ius patronatus vēditis iuribus, & non rebus, ſequeretur abſurdum, quòd nil habens in bonis, niſi ſolùm ius patronatus poſſet illud per indirectum vendere, dicens, vendo omnia iura, quę habeo in villa, fundo, vel caſtro, *Abbas in c.quia clerici de iure patronatus, Rochus Curtius in tract.de iure patr. in verbo is, vel is à quo q.20.*

3 Hinc

3 Hinc eſt, quòd quando aliquid vna
via prohibetur alia cõcedi nõ debet in fraudem legis prohibentis, *cap. tua de procuratoribus, l.fin. c.ſi mancipiũ veneat, Cardin. Alexand. in c.1. de feudo dato in fraudem leg.commiſſ.*

Ampliatur primò, quia ſi hoc permitteretur per indirectum, committeretur ſimonia, *Rochus in d. tract. in verb. vtile q.3.* quia vti ius ſpirituale, vel ſpiritua-
4 li annexum, vendi non poteſt, *c. quaſitũ de rer. permut. Moneta de opt. can. cap. 1. n. 45 Lambert. de iure patronatus lib. 1. 2. p. princip. q. 1. art. 2.*

Ampliatur ſecundò oportet, vt in vẽditione extet aliqua Vniuerſitas bonorum temporalium, & dicat vendo villam, fundum, vel caſtrum cum omnibus
5 iuribus, quæ habèo abſque expreſſione iuris patronatus, *Bald. in conſ. 32. incipit quidam nobilis vol. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 195.*

Et debet præcedere vniuerſale, vt quid temporale tanquam principale, & iura tanquam acceſſoria, *Bald. in alleg. conſ. 32. Moneta de opt. can. cap. 5. num. 42. Rochus in d. tract. in verbo is vtile, à quo quaſt. 22.*

Ampliatur quartò, nam in venditione bonorum temporalium, non debet exprimi ius patronatus, *de Franchis deciſ. 195.* ſed abſque expreſſione, ne fortè per expreſſionem augeretur pretium bonorum, & per indirectum venderetur, quod iura canonica abhorrent, *vt in cap. querelam de ſimonia, c. quia clerici de iure patronatus.*

Hinc eſt, quòd ſi dico, vendo omnia
bona, cum omnibus iuribus, abſque ex-
preſſione iuris patronatus transfertur
6 in emptorem, ſi ius patronatus eſt bonis annexum, quia ſub bonorum appellatione, continetur quid vniuerſale, *l. bonorum, la ſeconda, ff. de verb. ſignif. l. hareditas, ff. de petit. hared. de Franch. deciſ. 195.*

S V M M A R I V M.

1 *In conductorem villa, vel caſtri, tranſit ius patronatus.*
2 *Conductor loco vtilis domini habetur.*
3 *Idem iuris eſt in acceſſorijs, quàm in principale.*
4 *Fructus iuris patronatus per præſentationem percipiuntur.*
5 *Bona fidei poſſeſſor, quoad fructus eſt loco domini.*
6 *Lex indiſtinctè loquens indiſtinctè, debet intelligi.*
7 *In caſibus non exceptuatis, nec ſpecialiter determinatis, fundatam habet intentionem, qui habet pro ſe regulam.*
8 *Dominium vtile, quod transferatur ad locatione longum tempus iure ciuili, incognitum eſt.*

QVAESTIO XXVIII.

An in conductorem villæ, vel caſtri, tranſeat ius patronatus, ſeù ius præſentandi?

IN conductorem villæ, vel caſtri, tranſit
ius patronatus, ſeù ius præſentandi, ſi
ius patronatus eſt villæ, vel caſtro an-
1 nexum, ſiuè conductor ſit ad longum tempus, ſiuè ad breue, *cap. ex literis*, de iure patronatus, niſi ſpecialiter exceptum, *vt in d. cap. ex literis*, iuncta *glo. Calder. in conſ. 10. de iure patr.* & ſubſcriptis iuribus, & authoritatibus probatur.

2 Primò, quia cõductor loco vtilis domini habetur, *Io: Ignaus in l. 1. §. ſicut, ff. ad Syllan.* ſicut tranſiret ſi villa, vel caſtrum in totum venderetur, vt in antecedenti quæſtione firmatum fuit; in cõductione videtur omne traditum, vel conceſſum, dum nil eſt exceptum, *glo. in d. c. ex literis, in verbo excepto*, cũ omnibus iuribus acceſſorijs ad principale, *Card. Alexand. in cap. 1. de capit. qui curam vendidit.*

3 Et idem in acceſſorijs, quàm in principale, *c. preterea de off. deleg. l. 3. de iuriſdict. omnium iudic. l. cum principalis de regulis iuris.*

Secundò, quia cum omnes fructus villæ, vel caſtri, ſpectent ad conductorem ſpectare debent fructus iuris pa-

 tro-

4 tronatus, qui per præſentatione percipiuntur, *gloſ. in d. cap. ex literis in verbo*
vel anteqnam, Abb. in c. cum dilectus, n.4.
de relig. domib.

5 Tertiò, nam bonę fidei poſſeſſor, quoad fructus eſt loco ad domini, *l. bona fides, ff. de reg. iur.* ita quoad fructus cõductor eſt loco domini, & patroni, qui per præſentationem percipiuntur ex iure patronatus, *Abbas in d. cap. ex literis.*

Et ſicut bonæ fidei poſſeſſor poteſt percipere fructus; ita in *q.1. cõcl.1.* affirmatum fuit, & præſentare ita conductor conferunt, tradita per *Praſid. de Franchis deciſ. 216. in fine.*

Quartò, *tex. in d. c. ex literis* indiſtin-
6 ctè loquitur, & indiſtinctè debet intelligi, *c. ſolita de maiorit. & obed. c. ſi Romana 19. diſt. l. de pretio, ff. de public. in rem act. Guid. Pap. deciſ. 388. nu. 1. de Laurentys deciſ. 14. n. 2. Rochus Curtius in tract. de iure patr. in verbo is, vel is à quo q. 28. n. 63. verſ. tenendo iſtam opinionem.*

7 Quintò, nã in caſibus non exceptuatis, nec ſpecialiter determinatis fundatam habet intentionem, qui habet pro ſe regulam, *glo. in l. omnis diffinitio de regul. iuris, Albertin in tract. de hæreticis q. 33. num. 10. Simoncell. in tract. de decretis minorum lib. 3. inſpect. 10. de Franch. dec. 399. Nauarr. in conſ. 27. nu. 3. de regul.*

8 Quo fit, quòd cum ex *c. ex literis*, colligitur quod cõductor loco domini habetur, & pręſẽtare poteſt, nil aliud quęrendum eſt, *d. cap. ſolita, Nauarr. in alleg. conſ. 27. de regular.* Reiecta diſtinctione lõgioris, vel breuioris tẽporis, quæ nulla lege, vel ratione probatur; nam quod dominium vtile transferatur locatione ad longum tempus iure ciuili incognitum eſt, adeoque nullum, *l. cum plures, ff. locati, quem tex. alleg. Io: Ruding. variar. lect. feud. cap. 53. num. 8. Sbroch. de feudis, cap. 30.* quem citat *idem Ruding. loco citato, Ant. Gabriel. comm. concl. 4. nu. 1. in tit. de locat. & conduct.*

S V M M A R I V M.

1 *In creditorem vniuerſitatis bonorum pignorata ius patronatus non tranſit.*

2 *Creditor non poteſt percipere fructus rei pignoratæ, & peccat etiam vtendo pignore, n. 3. & dicitur furtum committere vtendo re pignorata n. 4.*

5 *Creditor vtendo re pignorata etiam conſentiente domino committit vſuram.*

6 *Is cui villa, vel caſtrum pignoratur pro dote præſentare poteſt, & quæ ſit ratio, vide n. 7.*

8 *Penſio, quando datur domino iuris patronatus, tunc eam poteſt percipere creditor vniuerſitatis bonorum pignorata.*

9 *Villa, vel caſtrum, quando pignoratur ad vti fruendum pretio æſtimato, tunc poteſt præſentare is, cui villa, vel caſtrum pignoratur, & quare, vide num. 10.*

QVÆSTIO XXIX.

An in creditorem vniuerſitatis bonorum pignoratæ, tranſeat ius præſentandi?

PRima concluſio: In creditorem Vniuerſitatis bonorum pignoratę ius patronatus, ſeù ius præſentandi non tran-
1 ſit, *Abbas in c. cum Bertoldus, 1. notab. de re iudic. glo. in c. ex literis in verbo ad firmam de iure patronatus, Barboſ. in l. diuortio p. 2. n. 8. ff. ſoluto matrimonio, Angel. in ſumma in verbo ius patronatus, Surdus decis. 210. incipit creditorem.*

2 Ampliatur primò in creditore, qui nõ poteſt percipere fructus rei pignoratę, *l. creditor, ff. de furtis*, nam furtum committeret, *Abbas in c. plures num. 1. de vſuris, l. 1. ff. vti poſſidetis, l. 2. ff. qui potiores in pignore habeantur.*

3 Ampliatur ſecundò, etiam peccare vtendo re pignorata creditor, *l. qui peculiÿ. ff. de peculio, Abbas in c. fin. de conceſ. prabend.* facit, *l. 1. ff. de cond. indebiti, Molin. de Hiſp. primog. cap. 2. nu. 17.* & probatur etiam in lege veteri, *Amos cap. 2.*

Ratio eſt, quia vtendo re pignorata inſcio domino eſt contrectatio rei alienę, *l. ſi pignore, ff. de furtis*, & ideò dici-
4 tur furtum committere, *Abb. in c. 1. de depoſit.*

Am-

Ampliatur tertiò, etiam conſentien-
5 te domino ex cauſa mutui vtendo re pignorata, committit vſuram, *Nauarr. in manual.cap.17.nu.203.Peregrin.de fideicom.art.48.n.49. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo is vel is, à quo q.27.n.6.*

Limita primò, ſi fundus, vel caſtrum,
6 vel villa data ſit in pignus pro dote viro, nam tunc poteſt vir præſentare, *cap. ſalubriter*, & ibi *Abbas de vſuris, Alex.in l.à Diuo Pio, n.19.de re iudicata.*

Ratio eſt, quia dū fructus dotis ſpe-
7 ctant ad virum, *l.doce ancillam, C.de rei vendicatione*, ſpectare debēt fructus iuris patronatus, qui per præſentationem percipiuntur, *glo.in d.c.ſalubriter in verbo omnia de vſuris, Abb.in d.cap.ex literis de iure patronatus.*

Limita ſecundò, quando aliqua pē-
8 ſio daretur patrono iuris patronatus, quia tūc poteſt percipere creditor Vniuerſitatis bonorum pignoratæ, *Rochus Curtius in tract.de iure patronat. in verbo is, vel is, à quo q.27.*

Ratio eſt, quia penſio in temporalitate conſiſtit, *Gigas in tract.de penſion. quæſt.7.add.ad Abb.in d.c.Bertoldus de re iudicata.*

Limita tertiò, vt procedat ſupradicta concluſio in ſimplici pignoratio-
9 ne, quando nec vtile, nec directum dominium trāsfertur in creditorem, *Alex. in d.l.à Diuo Pio.*

Secus autem quando pignoratur ad vti fuendum pretio æſtimato; quia tūc potius accedit ad contractum vēditionis, quàm pignorationis, & poteſt preſētare, *Abb.in d.c.cum Bertoldus*, niſi ſit exceptum, *vt in d.c.ex literis.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ſeculare non mutatur in eccleſiaſticum propter conſilium religioſi in præſentatione requirendi.*

2 *Conſilium ex propria ſignificatione non obligat.*

3 *Quando dictum eſt, quod factum abſque conſilio ſit nullum, tunc conſilium tranſit in conſenſum, & alteratur natura.*

4 *Collatio, quæ fit cum alterius conſenſu libera non eſt.*

5 *Conſilium in præſentatione, licet de neceſſitate ſequendum non eſt, tamen debet requiri, cum aliqua mora, & dilatione expectari.*

6 *Tempus arbitrio iudicis ſtatuendum eſt illi, cuius conſilio præſentatio debet fieri.*

QVÆSTIO XXX.

An, & quando in præſentatione faciēda per patronum laicū requiri debet religioſi conſenſus, vel eccleſiaſtici cenſeri debeat ius patronatus eccleſiaſticum, vel ſeculare?

IVs patronatus ſeculare non mutatur in eccleſiaſticum propter conſilium religioſi, vel eccleſiaſtici in præſentatione
1 requirendi, facit, *l.1.§.ſi plures.ff.de exercit.act.* quia ex tali requiſitione non alteratur natura iuris patronatus laicalis, *Puteus deciſ.506.lib.2.*

2 Ratio eſt, quia conſilium ex propria natura non obligat, *gloſ. in cap cum in veteri de electione, cap.fin. §.ad hæc 4. diſtinct. l. quidam decedens, §.Papinianus, ff. de adminiſtr.tut. Albertin.in tract. de hæreticis, q.26.concl.2.n.12. Magon. deciſ. Luc.78.nu.4.Menoch.de arbitr.caſu 329. lib.2.*

3 Limita primò, quando dictum eſſet, quod factum abſque conſenſu eccleſiaſtici ſit nullum, tunc conſilium, tranſit in cōnſenſum, *Bart.in l.1.§.dies, ff. quādo appellandum non ſit, Abb.in cap.2. de corpore vitiatis*, facit, *cap. cum olim de arbitris.*

Et ſit de ſeculari Eccleſiaſticum, *Abbas in c.venerabilis de off.ordin. Roland. à Valle in conſ.42.n.19. Albertin.in tract. de hæreticis, quæſt.24.concl.2.n.4. Magon. deciſ.Luc.78.*

Limita ſecundò, quando dictum eſſet de conſenſu religioſi, vel eccleſiaſti-

ci,

ci; quia tunc alteratur natura, & fit de ſeculari eccleſiaſticum, *cap. 1. §. conſenſus 24. q. 1. Puteus d. deciſ. 506. glo. in clem. dudum in verbo libera de ſepulturis.*

4 Hinc eſt, quod collatio, quæ fit cum alterius conſenſu, libera dici non poteſt, *Abb. in cap. de multa n. 131. de prabendis, Caputaquen. deciſ. 297. n. 6.* & conſenſus, & voluntas idem ſunt, *l. 2. §. voluntatē,* & ibi *Bart. ff. ſolut. matrim. Aloyſ. Ricc. deciſ. 92. prim. par. Nauar. in conſ. 1. de cond. appoſitis.*

5 Limita tertiò, ſeù declara, quod licet conſilium non eſt de neceſſitate ſequendum, vt ſupra dictum fuit, tamen conſilium eius, qui debet requiri expectandum eſt cum aliquali mora, & dilatione, & non ſufficit, quod requiratur, & ſtatim procedatur ad præſentationē, vel ad aliquid negotium explicandum, *glo. in cap. cum conſuetudinis, in verbo cōſenſus de conſuetudine.*

6 Limita quartò, ſeù declara, quod tēpus arbitrio iudicis ſtatuendum eſt illi, cuius conſilio debet fieri præſentatio, vt cōſultè, & deliberatè reſpōdere poſſit, & conſilium dare, *Abb. in d. c. cum in veteri in fin. de electione, Menoch. de arbitr. caſu 477. lib. 2. cent. 5.*

LIBER SECVNDVS CANONICARVM QVAESTIONVM IVRIS PATRONATVS RESOLVTIONES.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus ſi præſentat indignum non priuatur poteſtate præſentandi, & quæ ſit ratio, n.2.*

3 *In pœnalibus non debet fieri extenſio per ſubauditos intellectus.*

4 *Pœna cum ſcripta non reperitur, non debet extendi.*

5 *Collegium, vel eccleſiaſtica perſona ſi præſentat indignum, poteſtate præſentandi priuatur.*

6 *Electio, vel præſentatio, quæ fit de perſona indigna, nulla eſt ipſo iure.*

7 *Præſentatio eccleſiaſtici vim habet electionis.*

8 *Appellatione electionis continetur præſentatio.*

9 *Indignus ſi conſenſit electioni de ſe factæ fit ineligibilis, & tantò magis, quando fauore magnatum, vel potentiorum ſecularium fuit præſentatus, vel electus, abſque diſpenſatione promoueri non poteſt, num.10.*

11 *Electores, quando ignoranter eligunt non priuantur, poteſtate eligendi.*

12 *Ignorantia, quando excuſat, debet eſſe probabilis.*

13 *Electores, quando priuantur poteſtate eligẽdi pro vna tantùm vice intelligitur.*

14 *Electores, vel præſentantes indignũ ignoranter, iterum eligere debent.*

15 *Eligentes non ſeruata forma, cap. quia propter de electione nõ ſunt priuati poteſtate eligẽdi ipſo iure, et quomodo, vide.*

QVÆSTIO I.

An præſentans indignum ſit priuatus poteſtate præſentandi?

PRo explicatione quæſtionis, duos oportet diſtinguere caſus, aut patronus, eſt laicus, aut eccleſiaſticus?

Primus eſt, ſi patronus laicus præſentat indignum, non priua-
1 tur poteſtate præſentandi, *c. cum vos*, & ibi, *Abb. n.1. de off. ordin. idem in c. præterea de iure patronatus, gloſ. in c. paſtoralis in verbo robur eod. tit. glo. in cap. vltimo in verbo ex vi eod. tit.*

2 Ratio eſt, quia non habemus caſũ in laicis prouisũ, ſicut in eccleſiaſticis, *Abb. in d. c. cũ vos, Feder. de Senis in conſ.102.* & in odioſis nõ debemus de caſu ad caſum iura extendere, *l. cum quidam*, iuncta *gloſ. ff. de lib. & poſthumis.*

Et in pœnalibus non debet fieri ex-
3 tenſio per ſubauditos intellectus de caſu expreſſo, ad caſum non expreſſum, *Barboſ. de off. Parochi cap. 1. nu. 73.* etiamſi eadem, vel ſimilis ratio ſuadet, *glo. in c. cupientes, §. quod ſi de electione lib. 6. Reg. Rouit. in comm. ad prag. Reg. prag. 1. nu. 26. de perſeq. malefact.*

4 Et cum pœna ſcripta non reperitur, non debet extendi, *l. ſi ſeruum, § non dicit prætor, ff. de acquir. hæred. de Laurentys deciſ. Auen. 145. n.1.*

Et

Et pœna non eſt indicenda, niſi expreſſa lege caueatur, *DD. in cap. odia de reg. iur. lib. 6. Menoch. de arbitr. caſu* 246. *n.* 10. *de Franch. deciſ.* 378. *n.* 2.

Et debemus eſſe contenti pœnis legibus ſtatutis, *l. ſi ita ſtipulatio, ff. de verb. ſignif. glo. elegans in extrauag. execrabilis in verbo beneficia de præbendis, & dignitatibus.*

Secundus caſus eſt, ſi collegium, vel eccleſiaſtica perſona ſcienter præſentat
5 indignum poteſtate præſentãdi, vel eligendi priuatur, *glo. in d. cap. paſtoralis in verbo robur, Nauarr. in conſ. 7. de conſtit. Abb. in cap. auditis, n. 9. de electione, Guid. Pap. deciſ.* 374. *n.* 8.

Ampliatur primò in præſentatione, vel electione facta de perſona indigna,
6 quæ nulla eſt ipſo iure, *c. congregato,* iuncta *glo. in verbo irritã de electione, gloſ. in c. cum Vintomenſis in verbo ſcienter eodem tit. Sbrozz. de off. Vic. lib.* 3. *qu.* 109. *Vaſq. in opuſc. de benef. par.* 2. §. 3. *dub.* 1. *Vgolin. de off. & poteſtate Epiſcopi, c.* 50. §. 13. *n.* 8.

Ampliatur ſecundò in præſentatio-
7 ne eccleſiaſtici, quæ vim habet electioni, *c. cum autem,* iuncta *gloſ. in verbo perſona de iure patronatus,* Caual. *dec.* 40. *nu.* 16. *Pariſius in conſ.* 40. *col.* 2. *vol.* 4. *Rochus Curtius in tract. de iure patr. in verbo honorificum, q.* 58. *Pariſius de reſignat. benef. lib.* 10. *qu.* 9. *n.* 8.

Hinc eſt, quòd appellatione electionis, continetur etiam præſentatio in ec-
8 cleſiaſticis, *cap. querelam de electione,* & pœna ſtatuta in præſentatione comprehendit etiam electionem, *Io: And. in rub. de electione lib. 6. Nauarr. in conſ.* 49. *de regularib. Guid. Pap. deciſ.* 374. *n.* 8. *Sayr. de cenſuris lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. & 10.

Ampliatur tertiò, vt ſi quis conſen-
9 tiat electioni de ſe factæ, dum erat indignus fit ineligibilis, *c. quiſquis de electione, Aloyſ. Ricc.* 1. *par. reſol.* 30. *n.* 4. *Ant. Capyc. deciſ.* 178. *n.* 2.

Ampliatur quartò, vt tantò magis procedat, quando fauore magnatum, vel potentiorum, ſecularium fuit præ-
10 ſentatus, vel electus, abſque diſpenſatione promoueri non poteſt, *gloſ. in e. præterea in verbo priuetur de iure patronatus, Amend. add. ad Præſid. de Franchis deciſ.* 220. *n.* 10.

11 Limita primò, quando ignoranter eligunt, vel præſentant eccleſiaſtici patroni, *cap. innotuit de electione, glo. in cap. cum compromiſſarius in verbo ignoranter de electione lib. 6. Azor inſtit. moral. lib.* 7. *par.* 2 *q.* 2. *Molin de iuſt. tract.* 1. *diſp.* 21. *num.* 8.

12 Et ignorantia debet eſſe probabilis, *Puteus deciſ.* 55. *lib.* 2. *Magon. deciſ. Lucen.* 74. *nu.* 18. *Sayr. de cenſuris lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 12. *Squill. de oblig. cleric. par.* 1. *n.* 100. *de Laurentys deciſ. Auen.* 57. *Tartalia in prax. crim. cap.* 13. *n.*....

Limita ſecundò in illis, qui eligunt, vel præſentant indignum, vt puniatur
13 pœna priuationis electionis pro vna vice, & non pluribus, *glo. in c. paſtoralis in verbo in quo de iure patronatus,* vt puniantur pro menſura delicti, *c. quantò de translat.* iuncta *gloſ. in verbo in quo peccauerunt, cap. cum olim de off. leg. Guid. Pap. d. deciſ.* 374.

Limita tertiò, ſeù declara, quia illi,
14 qui ignoranter eligunt, vel præſentant iterum eligere debent, vel præſentare, facit, *text. in l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iud. Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap.* 7. *n.* 1.

Limita quartò in electione facta cõ-
15 tra formam, *c. quia propter de electione,* nam eligentes non ſunt priuati ipſo iure, *Tiraq. in l. ſi vnquã in verbo reuertantur, C. de reuocand. donat.*

Et, antequam priuätur ſi iterum eligunt ſeruata ſolemnitate, *d. c. quia propter,* valet electio, *Suar. diſput.* 40. *ſect.* 8. *tom.* 6. *n.* 25. valet electio, *Abb. in d. cap. quia propter de electione.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticis patronis, datur tempus ſex menſium ad præſentandum.*

2 *Tẽpus prolixius indulgetur eccleſiaſticis, vt electio fiat conſideratè, & electio, vel præſentatio fiat de perſona digna, & benemerita.*

3 *Laici*

3 *Laici patroni, habent tempus quatuor mẽſium in præſentatione, & dum habent breue tempus non incidunt in pœnã priuationis ſi præſentant indignum.*

4 *Patroni eccleſiaſtici eadem pœna puniuntur tam in præſentando, quàm in eligendo.*

5 *Clerici magis diſcreti firmiores, & in iure peritiores laicis debent eſſe.*

6 *Morum honeſtas, magis conuenit clericis, quàm laicis.*

7 *Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen habet, quantò maior eſt, qui peccat.*

8 *Præſentationes, & electiones, quæ fiunt ab eccleſiaſticis, debent penſatè fieri, & exactiſſima diligentia adhiberi, vt eligatur perſona digna, & benemerita.*

9 *Prælati valdè grauantur in beneficiorum collationibus, pro eo, quòd beneficia cõferunt male meritis per iniuſtas cauſas, & ideò in collationibus cura debet eſſe perſpicua.*

QVÆSTIO II.

Tempus quare prolixius ſtatutũ eſt eccleſiaſticis patronis ad præſentandũ, & laicis breue?

PRima concluſio: eccleſiaſticis patronis datur tempus ſex menſiũ ad præ-
1 ſentandum, *c. eam te, & c. quoniam de iure patronatus;* laicis verò quatuor menſes ſtatuti ſunt, *c. vnico de iure patronatus, lib. 6. Barboſ. de off. & poteſt. Parochi, c. 2. num. 150. Maſſobr. in praxi Epiſcop. c. 6. dub. 1.*

2 Hac ratione tẽpus prolixius indulgetur, eccleſiaſticis vt præſẽtatio, vel electio pẽſatè fiat, vt perſona digna, & benemerita idonea, & ſufficiens præſentetur, & eligatur, *Paul. de Elex. in clem. 2. de iur. patronatus, Rochus Curt. in tract. de iure patronatus in verbo honorificum. qu. 32. n. 23. Turrian. de iuſt. tom. 2. diſput. 22. dubio 1. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. Campan. in diuerſ. iur. can. rub. 6. c. 31. num. 32.*

Hinc eſt, quòd ſi laici grauantur in
3 vno. i. *in breuiori tempore,* in alio reuelari debent, vt non incidant in pœnam priuationis præſentationis, ſi præſentant indignum, ſicut eccleſiaſtici, *Abb. in c. cum vos, de off. ordin. Rochus in d. tract. in verbo honorificum, q. 3. Iul. Lauor. var. lucubr. to. 1. tit. 8. cap. 21. n. 58.*

Ampliatur primò, quia eccleſiaſtici
4 patroni eadem pœna puniuntur, tam reſpectu præſentationis, quàm electionis perſonæ indignæ ſcienter, *Innoc. in c. cum dilectus, n. 28. de conſuetudine, Abb. & alij in c. illa deuotionis de elect. Sbrozz. de offic. Vicarij lib. 3. quæſt. 37. Reginal. in in praxi for. pœnitent. lib. 30. tract. 30. num. 95.*

Ratio, quare hac pœna afficiuntur
5 clerici, & non laici, ea eſt, quia clerici magis diſcreti firmiores, & in iure peritiores, laicis debent eſſe, *Lambertin. de iure patronatus par. 1. lib. 2. q. 12. art. 3. num. 7.*

Hinc eſt, quòd morum honeſtas, ma-
6 gis clericis, quàm laicis conuenit, *cap. graue nimis de præbendis,* & crimen augetur dignitate perſonæ, *c. inter dilectos de exceſſ. Prælat. c. 2. de vit. & honeſt. cleric. de Laurentijs deciſ. Auen. 120. num. 7. gloſ. in cap. excommunicatus in verb. damnatus de ſent. excomm.*

7 Et omne animi vitium tantò cõſpectius in ſe crimen habet, quantò maior eſt, qui peccat, *glo. in c. inter corporalia in verbo tanquam maiores de translat. c. ſicut dignum de homicidio, l. presbyter. C. de Epiſcopis, & clericis.*

8 Ampliatur ſecundò, nam præſentationes, & electiones, quæ fiunt ab eccleſiaſticis, debent penſatè fieri, & exactiſſima diligentia adhiberi, vt eligatur perſona idonea, & benemerita, *gloſ. in c. fin. in verbo electione de electione lib. 6. Petrus Nauarr. de reſtit. lib. 2. c. 2. nu. 150. Garcia de benef. p. 3. c. 16 num. 19. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 39. dub. 14. n. 62.*

Hinc eſt, quod valdè grauãtur Præ-
9 lati in beneficiorum collationibus dixit *Abbas in cap. ex ratione de ætate, & qualit. Nauarr. in conſ. 49. de reg. Sbrozz.*

de offic. Vic. lib. 3. quæſt. 37. de Franchis deciſ. 438.

Nam in electionibus, & beneficiorũ collationibus, cura debet perſpicua, *Aloyſ. Rice in deciſ. 306. par. 3. n. 9. Valer. Reginal. in prax. for. pæn. lib. 30. tract. 3. nu. 95. & 96. Menoch. de arbitr. caſu 428. num. 2. Valer. de differen. inter vtrumque for. in verbo electio different. 2. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Electores, vel præſentatores, licet indignũ indignitate, tamen de facili diſpenſabili, non priuantur poteſtate eligendi, nec deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem, num. 2.*

3 *Priuatio electionis, vel præſentationis habet locum, quando præſentatur, vel eligitur perſona omninò incapax, & qui ſunt, n. 4.*

5 *Summus Pontifex, ſi ſcribat pro aliquo recipiendo, & eſſet indignus ſuperſederi, debet in receptione, et certiorari debet de indignitate illius, quem mandat recipi.*

QVÆSTIO III.

An eligentes, vel præſentantes indignum indignitate de facili diſpenſabili ſint priuati poteſtate eligendi?

PRima concluſio: electores, vel præſentatores licet indignum, indignita-
1 te tamen de facili diſpenſabili non priuantur poteſtate eligendi, vel præſentandi, *Abbas in c. & ſi vnanimiter de poſtul. Prælat.* nec deuoluitur poteſtas
2 eligendi ad ſuperiorem, *c. innotuit de electione,* facit, *tex. in c. poſt translationem de renunciatione.*

Nã regula poſita in antecedenti quęſtione locum habet, quando eligitur, vel præſentatur perſona omninò incapax,
3 veluti apoſtata, incorrigibilis, vel hæreticus de fide ſuſpectus, tali indignitate, vel nequitia, quòd ab omnibus indignus, & nequam reputatur, *Abb. in d. cap. & ſi vnanimiter.*

4 Indignitate indiſpenſabili, vel dura diſpenſatione, *Aym. de antiq. tem. par. 1. in verbo, non omitto, n. 9. Albertin. in tract. de Hæreticis, q. 22. n. 10.*

Hinc dixit *Abb. in cap. cum adeo de reſcriptis,* quòd ſi eſſet indignitas maxima,
5 etiam ſi Summus Pontifex ſcriberet pro aliquo recipiendo, ſuperſederi debet in receptione, & certioriari debet Sũmus Pontifex de vita, & moribus perſonæ, quam mandat recipi, *Bald. in conſil. 40. lib. 1.* facit, *c. ſi quando de reſcript. Io. And. in c. ad honorem de auth. & vſu pallij, Fernand. de exam. theol. moral. par. 4. cap. 7. §. 2. n. 10. Alzed. de præſtant. Epiſc. dignit. par. 1. cap. 3. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Quando dubitatur, an eſſet, vel non eſſet perſona indigna, quæ præſentatur, vel eligitur, tunc propter iuſtam dubitationem electores excuſantur.*

2 *Ignorantia iuſta excusat.*

3 *Eligentes, vel præsentantes indignum, vel illegitimum, vel irregularem indignitate de facili dispensabili, non priuantur pœna priuationis; tamen exprimere debent vitia, & defectus electi superiori, ad quem spectat confirmatio, num. 4. & 5.*

6 *Electi indignitas, quando de facili peruenire poteſt ad notitiam electorum, non excusantur.*

7 *Ignorantia craſſa, scientiæ comparatur.*

QVÆSTIO IV.

An, & quando indignitas perſonæ electæ eſt talis, quòd dubitari poteſt, an erat, vel nõ erat omninò incapax, electores an excuſantur?

1 PRima concluſio: ſi indignitas perſonæ electæ eſſet talis, quòd dubitari

bitari poteſt, an eſſet, vel non eſſet omninò incapax, tunc propter iuſtam dubitationem electores excuſantur, facit, *tex. in l. cũ teſtamento de reb. dub* & dicitur iuſta ignorantia, facit, *tex. in l. benignius, ff. de leg. 3. Ludouic. deciſ. Luc. 3. n. 103. de Laurentys deciſ. Auen. 17. n. 5.*

Ampliatur primò, iniuſta ignorantia, vel probabili, nam ſemper in omnibus
2 iudicijs tam ciuilibus, quã criminalibus
excuſat, *Borell. add. ad Bellug. in ſpecul. princ. in tit. de iuram. per princip. rub. 9. in verbo ignorantia, verſ. 4. limita, Squill. de oblig. cleric. par. 1. n. 100. Molin. de iuſtitia tract. 4. diſp. 71. n. 8. Ricc. de iure perſonar. extra grem. Eccl. lib. 1. tract. 13 n. 43.*

Ampliatur ſecundò, iniuſta, vel probabili dubitatione, quæ ſemper ſimiliter excuſat, *Ant. Capyc. dec. 134. num. 4. Sayr. in floribus deciſ 3 in tit. de ſum. Trinit. Azor. inſtit. moral. lib. 7. c. 2. q. 2. Flam. Pariſius de reſign. benef. lib. 6. q. 9. n. 8. Regens Rouitus in pragm. 3. de recept. mala fact. num. 10.*

3 Limita primò, nam licet eligentes,
vel præſentantes indignum, vt illegitimum, vel irregularem indignitate de facili diſpenſabili non priuantur pœna
priuationis electionis, vel præſentationis: tamen electores, vel præſentato-
4 res debent exprimere vitia, & defectus
electi, vel præſentati ſuperiori, ad quem
5 ſpectat confirmatio, vel inſtitutio, *Nauarr. in rub. de iudicijs n. 39. Bertachin. in tract. de Epiſc. lib. 1. p. 3. n. 139.*

6 Limita ſecundò, quia ſi indignitas
electi de facili peruenire poterat ad notitia electorum non excuſantur, *Barbat. in c. dilecti de probationibus, gloſ. in c. innotuit, in verbo ignoranter de electione, Cardinal. Alex. in c. 1. §. Vaſſallus in tit. ſi de feudo fuerit controuerſia.*

Ratio eſt, quia ignorantia craſſa, &
7 ſupina, ſcientiæ comparatur, *c. eos de tẽp. ordin. Marc. Anton. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 13. n. 12. Guttier. de matrimonio c. 75. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Electio, vel præſentatio facta ab electoribus de indigno in eligentium pœnã, nulla eſt, ſed etiam ad ſuperiorem deuoluitur, num. 2.*
3 *Electores per electionem hominis nequam, & indigni ſcienter, videntur mores electi approbare.*
4 *Error, cui non reſiſtitur approbatur.*
5 *Electores debent procedere ad electionem ieiuni humilibus apud Dominum fuſis precibus, & non prece, pretio, vel amore, num. 6.*

QVAESTIO V.

An electio, vel præſentatio facta ab electoribus, vel præſentatoribus de indigno, ſit nulla?

PRima concluſio: electio, vel præſentatio facta ab electoribus, vel præſen-
1 tatoribus de indigno in eligentium pœnam, nedum nulla eſt, verùm etiam pœna deuolutionis afficiũtur electores,
2 *c. congregato de electione, Io. Valer. de differens. inter vtrumque forum, in verbo electio diff. 2. n. 3. Fernand. de exam. Theolog. moral. par. 4. cap. 2. §. 2. n. 12.*

Ampliatur primò, in collatione beneficiorum facta indignis, quæ deuoluitur ad ſuperiorem, *gloſ. in c. cum autem, in verbo electio, de iure patronatus, Abbas in c. cum in iure n. 7. de elect. Caualc. deciſ. 40. n. 16. Bertach. in tract. de Epiſc. lib. 1. par. 3. n. 38.*

Ratio eſt, quia per electionem homi-
3 nis nequam, & indigni videntur electores mores electi, vel præſentati approbare, *gloſ. in c. vnaquæque 13. q. 2. c. ſi quis ineuitabilis 34. q. 12.*

4 Et error, cui non reſiſtitur approbatur, *c. error. 73. diſtinct.* & electio non videtur canonica, nec à ſummo Domino approbata, & inſpirata, *Nauarr. in conſ. 54. de ſent. excom. glo. in c. 1. in verbo per ſordes de ſent. & re iud. lib. 6.*

 Am-

Ampliatur ſecundo, in electoribus,
5 qui procedere debent ad electionem, & prçſentationẽ humilibus apud omnipotentem Dominum fuſis precibus, *c. miramur 4.diſt. Menoch. de arbitr. caſu 428. num.8.*

6 Non prece, pretio, vel amore, vel alia iniuſta cauſa eligere, vel præſentare perſonam malè meritam, maxima diligentia, ſtudio, maturè, & penſatè ad electionem procedendum eſt, *Io: Valer. in d.tract. in verbo electio different.2. nu. 30. Alzed.de præſt.Epiſcop.dignit.par.1. cap.3.num.13.*

SVMMARIVM.

1 *Electores tenentur de culpis, & defectibus electi in foro interiori, & etiam beneficiorum collatores.*

2 *Prælati tenentur in foro exteriori de malè adminiſtratione promoti.*

3 *Prælati, qui ſcienter promouent ad beneficium indignum peccat.*

4 *Idoneum, qui non ſe ſentit recipiẽdo Prælaturam, vel officium peccat, & quæ ſit ratio, eodem num.*

5 *Quiſquis cum onere, in quo receptus eſt vires ſuas metiri debet, & ſi impar abſtinere debet.*

6 *Summus Pontifex ſi ſcribat pro aliquo recipiendo, ſemper ſubintelligi debet ſi ſit idoneus.*

7 *Reipublicæ intereſt, vt digniores ad publica munera eligantur.*

QVAESTIO VI.

An electores teneãtur de culpis, & defectibus promoti?

PRima concluſio: electores tenentur de culpis, & defectibus promoti in
1 foro interiori, *c. ea quæ, de off. Archidiac. Innoc. in c. ex ratione de ætat. & qualitat. Sot. de iuſt. & iure lib.4.q.6.art.3.concl.2.*

Ampliatur primò, procedere etiam in beneficiorum collatoribus, qui tenentur de culpis, & defectibus promoti, facit, *c. Graue nimis, de præbend.* ſi per iniuſtas cauſas, vel turpes perſonis malè meritis beneficia conferunt, *glo. in c. nihil in verbo ſuſpendatur de electione, Couarr. in reg. peccatum par.2.§.1.num.6. Nauarr. in manual. c.12.n.22.*

2 Ampliatur ſecundò, procedere etiã in foro exteriori, vt teneantur electores de mala adminiſtratione promoti, *Nauarr. in conſ.3. de cõſtitutionibus in append. c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum.*

Sed in ſubſidium, *l. ſi aduerſus, C. de mag. conueniend. Bellug. in ſpecul. princ. rubric.35.§. poſt, de Laurentijs deciſ. Auen. 141. Gutier. canonic. qq.11.n.47. Cauall. com. contra com. q.653.n.12.*

Ampliatur tertiò, etiam peccare collatores ſcienter promouentes, indignũ
3 ad beneficium Prçlaturam, vel officium, *c. ex his 5.q.1.* quia eum contra conſciẽtiam, faciant, peccant, *c. literas de reſtit. ſpoliat. Azor. inſtitut. moral. par.2. lib.6. cap.12. q.12.*

Ampliatur quartò, peccare etiã ele-
4 ctum, qui ſi idoneum ſe non ſentit recipiendo Prælaturam, officium, vel beneficium, *c. innotuit de electione, c. priuſquã 28. diſt. c. ſicut Neophitus, 48. diſt. Nauarr. in conſ.2. ne clerici, vel Monachi.*

Ratio eſt, quia tempore receptionis ſuam habilitatem ponderare debet, & ſic non acceptare, *c. propoſuiſti de corpor. vitiat.* ſi ſufficiens erat ad beneficiũ Prælaturam, vel officium, *Sbrozz. de off. Vic. q.37. lib.3.*

5 Quiſquis enim cum onere in quo receptus eſt, vires ſuas metiri debet, & ſi impar abſtinere debet, *Bellug. in ſpecul. princ. rubr.35.§. poſt nullitates n. 32. Io: Valer. de different. inter vtrumq. forum in verbo electio different.1.n.2.*

Et ſi ad id ſufficere exiſtimat eum metu accedere debet, *glo. elegans in extrauag. Execrabilis in verbo minus idoneus de præben. Gall. de liquid. inſtrument. 1.par.2.par. princ. n.38. Sbrozz. de off. Vic. q.98. lib.2.n.12.*

Ampliatur quintò, in Summo Pontifice, qui ſi ſcribat pro aliquo recipiendo

do, sẽper ſubintelligi debet, ſi ſit idoneus, *clem. vnica in verbo conſtiterit de off. de leg. Innoc. in c. fin. de præſcript. Add. ad Abb. in c. cum adeò in verbo ſit idoneus de reſcript.*

Ratio eſt, quia intereſt reipublicæ, vt digniores ad publica munera eligãtur, *c. fin. de elect. lib. 6. Nauarr. in conſ. 2. de conſtitutionibus.*

6 Et electores, & beneficiorũ prouiſores cognoſcere debet virtutes, & vitia eligendorum, *Vaſquez in opuſc. de benef. p. 2. §. 3. lib. 1.* vt poſſint eligere dignos, & indignos omittere, *Turrian. de iuſt. tom. 2. diſp. 22. dub. 1. n. 36. Pariſ. de reſig. benef. lib. 10. q. 11. Vgolin. de off. & poteſt. Epiſc. c. 50. §. 13. n. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Electores, quando eligunt præſumitur ſciẽter facere, & habere notitiam perſonæ electæ.*
2 *Electores, & beneficiorum collatores tenẽtur ex officio inquirere, & inueſtigare perſonam eligẽdam de eius vita, et moribus.*
3 *Diligenti examine, non præcipitanter procedere debent ad beneficiorum collationem, & prouiſionem.*
4 *Antequam quis eligatur, inquirendum eſt de eius vita, & moribus, penſate, & omni diligentia adhibenda eſt in collationibus.*
5 *Tempore indigemus, vt aliquid maturiùs, & rectiùs agatur.*
6 *Iniquitas omnia præcipitanter agit, virtus lenta eſt omnia percuntatur.*
7 *Præcipitatio nouerca iuſtitiæ appellatur.*
8 *Præſumptio mala, præſumitur contra ſententiam præcipitanter latum, & contra ſententiam latam abſque cauſæ cognitione.*
9 *Bonam præſumptionem, quæ in Iudice eſt ceſſare, quando breui tempore quid agit.*
11 *Electores, & beneficiorum collatores potius debent conſulere eccleſijs, quã perſonis, & cognoſcere debent mores, & virtutes eorum, quibus beneficiũ confertur, n. 12.*

QVÆSTIO VII.

An, & quando electores eligunt, præſumitur habere ſcientiam perſonæ electæ?

PRima concluſio: Electores, quando eligunt, vel præſentant præſumitur habere ſcientiam perſonæ electæ, & no-
1 titiam de eius vita, & moribus, *Io: Monach. in c. vltimo de ætate & qualit. lib. 6. Cardinal. Alexand. in c. 1. de foro competẽti, Garcia de benef. par. 7. cap. 56. nu. 63.*

Ratio eſt, quia tenentur electores, &
2 beneficiorum prouiſores ex officio inquirere, & inueſtigare perſonam eligẽdam, & de vita, & moribus ſe informare, *Innoc. in cap. cum inter de electione, Cauale. deciſ. 40. num. 16. Bertach. in tract. de Epiſcopo lib. 1. par. 3. n. 4. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 3. tract. 2. c. 14. num. 129. Alzed. de præſtant. Epiſc. dignit. 1. par. c. 12. n. 15.*

Ampliatur primò, quia non præci-
2 pitanter, ſed diligenti examine, & inquiſitione procedere debent collatores ad prouiſionem beneficiorum, *cap. quanto de exceſſ. Prælat. Abbas in c. 2. de poſtul. Prælat. Turrian. de iuſt. tom. 2. diſp. 22. dub. 4. n. 1. Petrus Nauarr. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. nu. 119. Valer. de differen. inter vtrumque for. in verbo electio differ. 2. num. 5.*

Ampliatur ſecũdò, nam antequã quis
4 eligatur, inquirendũ eſt de vita, & moribus, & qualitate eligendi, *Sylueſt. in ſumma in verbo electio 1 par. q. 15. & 16. de Franchis deciſ. 438. n. 18. Diana reſolut. moral. tom. 1. Miſcell. reſol. 1.*

Ampliatur tertiò, vt penſatè, & omnis exactiſſima diligentia adhibenda eſt in electionibus, *Cald. in conſ. 4. de electione,* & non pręcipitanter, electio debet fieri, & præſentatio. *Portell. in dub. reg. in verbo electio n. 6.*

Ratio eſt, quia tempore indigemus,
5 vt aliquid maturiùs, & rectiùs agamus, *Abbas in c. 2. de poſtul. Prælat. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1.*

6 Ini-

6 Iniquitas omnia pręcipitanter, agit
virtus lenta eſt omnia percuntatur, *cap. inter hircum de pœnit. diſtinct.* 4. & præ-
7 cipitatio nouerca iuſtitię appellatur, *glo. in c. ſacerdotale 61. diſtinct. Sayr. de cenſuris, lib. 2. cap 5. n. 29. glo in c. Parochia 16. q. 1 in verbo quòd ſic.*

8 Ampliatur quartò, præſumptionem malã eſſe contra ſententiam præcipitãter latam, *Alciat. in tract. de præſumpt. præſumpt. 10. n. 17. Simoncell. in tr. de decretis min. lib. 3. tit. 8. n. 46. Regens Rouit. in prag. 1. n. 1. de conſeruatorijs.*

9 Ampliatur quintò, præſumptionem malam ſumi contra ſententiam latam, abſque cauſæ cognitione, *Iaſon in l. Iudices n. 2. de iudicijs, Menoch. de arbitr. lib. 1. caſu 4. de Laurentijs deciſ. Auen. 97. n. 2. Barboſ. de off. Parochi, cap. 29. num. 26. Regens Rouit. in pragm. 1. de conſeruatorijs num. 2.*

10 Ampliatur ſextò, bonam præſumptionẽ, quę in Iudice eſt, vt dixit *Pariſius in conſ. 85. lib. 3.* ceſſare quando breui tempore quid agit, *Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 6. n. 19. Gabriel Roman. com. concl. in tit. de ſententijs concl. 3. n. 34. lib. 2. Simoncell. in tract. de decretis min. lib. 3. tit. 8. n. 47.*

Ampliatur ſeptimò, authoritatem tutoris eſſe nullam, ſi in breui tempore interponatur, *Menoch. de arbitr. q. 4. n. 4. lib. 1. Neuizan. in conſ. 85. Afflict. deciſ. 243. de Laurentijs deciſ. 47. n. 1.*

Ampliatur octauò, in electoribus, &
11 beneficiorum prouiſoribus, qui potius debent prouidere, vt conſulant, eccleſijs quàm perſonis, *Nauarr. in conſ. 7. de conſtitut. in append. Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 3. n. 39. Tambur. de iure Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 13. num. 4.*

Ampliatur nonò, quia cognoſcere
12 debent mores, & vitam eorum, quibus beneficia, Prælaturæ, & officia conferuntur, *Sigiſmund. à Bononien. in tract. de elect. dub. 33. Iulius Lauor. variar. lucubrat. tom. 1. diſp. 5. q. 13. nu. 58. Campan. in diuerſorio iuris can. rub. 5. c. 3. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati regulares tenentur eligere digniores, & meliores ad officia.*
2 *Principes liberi habentes ius conferendi, tenentur conferre beneficia dignioribus, & peccant omittendo digniores.*
3 *Generales ordinum regularium, tenentur eligere digniores ad Prælaturas regulares.*
5 *Prælati regulares ſunt in ſtatu perfectionis.*
5 *Perfectis perfectiora decent.*

QVAESTIO VIII.

An Prælati regulares teneantur eligere digniores ad officia, & Prælaturas regulares?

PRęlati regulares, tenentur eligere digniores, & meliores ad officia, &
1 Prælaturas regulares, *Sot. de iuſt. & iure lib. 3. q. 6. art. 2. Lambert. de iur. patronatus lib. 2. par. 2. q. 10. art. 3. nu. 26. Ant. Diana reſol. moral. par. 2. tract. 1. Miſcell. reſ. 40.*

Ampliatur primò, procedere etiam quoad illos, qui habent ius conferend,
2 beneficia per prouiſionem liberam, vt ſunt Principes liberi, tenentur digniores eligere, & beneficia conferre, *Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 34. dub. 14. n. 64.*

Ampliatur ſecundò, grauiter peccare contra iuſtitiam collatores, & beneficiorum prouiſores, ſi digniores, & meliores prætermittant, *Io: Valer. de differ. inter vtrumque for. in verbo electio diff. 2. n. 3. Fernãd. in exam. theol. moral. p. 4. c. 3. n. 2. Maurit. de Alzed. de præſtant. Epiſcop. dignit. par. 1. c. 3. num. 75. Portell. in dub. reg. in verbo electio.*

Ratio eſt, quia cum in altiorem ſtatum ſint collocati, tenentur altioribus in doctrina meritis beneficia, & Prælaturas conferre, *Nauarr. in repetit. c. nouit ille de iudicijs*, quia optimum decent optima, ſicut peſſimum peſſima, *Diana in d. tract. Miſcell. reſol. 61. Petrus Nauarr. de reſtitut. lib. 2. c. 2. n. 129.*

Am-

Ampliatur tertiò in Generalibus, &
3 Prouincialibus Ordinum Regularium,
qui tenētur eligere digniores, & perfe-
4 ctibres ad Prælaturas, & dignitates re-
gulares, *Turrian. de iuſt. tom. 2. diſp. 22. dubio 4.*

5 Ratio eſt, quia cum regulares Pręla-
ti ſint in ſtatu perfectionis, perfectiores
in meritis, & doctrina promouere de-
bent ad Prælaturas, & dignitates regu-
lares, *Nauarr. in d. repetit. c. nouit ille de*
iudicijs, quia perfectis perfectiora decēt,
6 *Homobon. de human. vita ſtat. par. 1. n. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Superior ad quem ſpectat confirmatio electionis, tenetur ex officio examinare præſentatum, vel electum, vel eum, cui beneficium confertur.*

2 *Ad inquiſitionem faciendam de vita, & moribus præſentati, nō requiritur, quod præcedat infamia contra præſentatum, vel electum.*

3 *Iudex ſi ſcit aliquem publicè excommunicatum, debet repellere ab agendo, etiā ſi ab aduerſario non excipiatur.*

4 *Creditor ſub conditione, vel in diem incertam ſi agat in iudicio poteſt per iudicem repelli, etiam ſi ab aduerſario non obijciatur.*

5 *Nemo ſine actione experitur.*

6 *Libellus continens notoriam iniuſtitiam, poteſt ex officio tanquam ineptus reijci.*

7 *Iudex, etiam tacente aduerſario, imponit ex officio ſilentium, ſi actione caret, etiā ſi libellus ſit ineptè formatus, num. 8. & repellit nulliter agentem etiam parte non opponente, n. 9.*

QVAESTIO IX.

An ſuperior ad quem ſpectat cōfirmatio, vel inſtitutio beneficiorum, teneatur ex officio examinare electum, vel præſentatum?

PRima concluſio: ſuperior Prælatus ad
quem ſpectat confirmatio electionis,
1 vel inſtitutionis, vel collatio, vel pro-
uiſio, tenetur ex officio examinare præ-
ſentatum, vel electum, *Bannes de iuſt. q. 63. art. 2. dub. 3. Marant. de ordin. iudic. par. 6. de inquiſit. in verbo, & quando peruenitur, nu. 32. Sbrozz. de off. Vic. qu. 37. lib. 3.* vel eum, cui confertur beneficiū, *c. cum nobis, & c. venerabilem de electione, glo. in cap. præterea in verbo officio iudicij de exceptionibus, Menoch. de arbitrarijs q. 42. n. 4. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 2. n. 26. Tambur. de iur. Abbat. to. 1. diſp. 5. q. 13. n. 2.*

Ampliatur primò, quia ad inquiſitio-
2 nem faciendam, non requiritur, quòd
præcedat infamia contra electum, vel
præſentatum, *Abb. in c. 1. de off. ordin. Specul. in tit. de inquiſit. §. quando, verſ. dicunt autem, DD. in c. ad noſtram de iur. iurando, Turrian. de iuſt. tom. 2. diſp. 22. dub. 2. de Franch. decis. 438. n. 5.*

Ampliatur ſecundò, in iudice, qui ſi
ſcit publicè excōmunicatum, debet re-
3 pellere ab agendo ex officio, etiam ſi
ab aduerſario non excipiatur, *c. exceptionem de exceptionibus*, & ſic officio iudicis conſulitur aduerſario, *l. vltima, ff. de petit. hæredit. Alberic. in l. ſi certis annis, C. de pactis, Nauarr. in manual. c. 36. n. 25. de Laurentijs decis. Auen. 134. n. 2. Galter. de liquid. inſtrum. 3. par. 2. par. in verbo ſequitur, num. 9. Regens Rouit. in prag. de poſtul. n. 6.*

Ampliatur tertiò, in creditore ſub cō-
ditione, vel in diem incertā, qui ſi agat
4 in iudicio, poteſt per iudicem repelli,
etiam parte non opponente ſi ex libel-
lo, vel actis inſpicitur, quòd non ſit na-
ta actio, vel obligata, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. glo. in l. vbi pactum, C. de tranſact. Guttier. can. qq. c. 21. n. 44.*

Ratio eſt, quia nemo ſine actione
5 experitur, *l. ſi pupilli, §. videamus. ff. de negotijs geſtis, Abb. in conſ. 106. p. 2.* & im-
peditur facultas agendi, *Crauett. in conſ. 195. col. 1. Magon. dec. Luc. 8. n. 16.*

6 Ampliatur quartò, procedere in li-
bello continente notoriam, et manife-
ſtam

ſtam iniuſtitiam, qui poteſt per iudicem ex officio, tanquam ineptum reijcere, *glo. in c. examinata in verbo nomine de iudicijs, Alex. in conſ. 91. vol. 6. Roland. in conſ. 76. vol. 1.*

Ampliatur quintò, à fortiori, vt maximè locum habeat in beneficijs, in qui-
7 bus Iudex etiam tacente aduerſario inquirit ex officio, *cap. ad diſſoluendum de ſponſalibus, cap. conſtitutis de electione, de Laurentijs deciſ. Auen. 32. n. 2. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 16.*

Ampliatur ſextò, procedere etiam,
8 quando conſtat ex litigantibus aliquem non habere ius in beneficijs, quia poteſt Iudex ex officio ſilentium imponi, etiam ſi libellus ſit ineptè formatus, *c. 2. de filijs presbyterorum, c. quoniam de reſcriptis.*

Ampliatur ſeptimò, procedere etiã in agente nulliter, quia poteſt Iudex eũ
9 repellere, *Add. ad Abb. in c. dilecta de reſcript.* etiam parte non opponente, *Roman. in conſ. 467. Gale. de liquid. inſtrum. 3. par. 2. par. princip. in verbo ſequitur, nu. 9. Reg. Rouit. in comm. ad prag. Reg. in pragm. 1. n. 9. de abolit.*

SVMMARIVM.

1 *Electores ſi ſunt plures, & non conueniũt omnes in electione de indigno poteſtas eligendi, non deuoluitur ad ſuperiorem.*

2 *Electio facta à minori parte de digno, præfertur electioni de indigno, facta à maiori parte.*

3 *Illi, qui nõ peccauerũt in electione de indigno, ſi procedant ad electionem admittendo illos, qui peccauerunt, poſſunt eligere, & præſentare.*

4 *Poteſtas eorum, qui in electione non peccauerunt, non eſt ligata, nam poſſunt non culpabiles vocare ad electionem culpabiles.*

5 *Culpabiles in electione, licet ſint numero maiores ad non culpabiles, licet numero minores electio deuoluitur, etiam ſi vnus non peccauit, num. 6.*

7 *In omnibus actibus capitularibus, ſi maior pars ſunt inhabiles, puta excommunicati, vel ſuſpenſi, tota potentia capitularis reſidet penes habiles, licet faciãt minorem partem:*

8 *Maior pars Collegij habilis totumCollegiũ repræſentat.*

9 *Electoribus per ſententiam priuatis, ad illos, qui in electione non peccauerunt, poteſtas deuoluitur.*

QVÆSTIO X.

An, & quando electores, vel præſentatores non conueniũt omnes in electione de indigno poteſtas eligendi deuoluitur ad illos, qui non peccauerunt, an verò ad ſuperiorem.

PRima concluſio: Electores ſi ſunt plures, & non conueniunt omnes in ele-
1 ctione de indigno ad illos, qui nõ peccauerunt electio deuoluitur, non autem ad ſuperiorem, *glo. in c. bonæ memoriæ, in verbo pauciores de electione, glo. in c. quãto in verbo ſanioris de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu c. Felyn. in c. bona, el ſecondo de electione.*

2 Ampliatur primò, in electione facta à maiori parte de indigno, & in minori de digno, quæ præfertur electioni factæ à maiori parte de indigno, *Abb. in c. dudum, il primo de electione, Camill. Borell. add. ad Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 6. §. ſciant, num. 12. Aloyſ. Ricc. to. 4. reſolut. 300. n. 4. Portell. in dub. reg. in verbo electus, n. 6. Vaſq. in opuſc. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 3. n. 100.*

Ampliatur ſecundò, procedere in electione facta ab illis, qui non pecca-
3 uerunt, quę valida eſt, *gloſ. in cap. cum Vintonienſis in verbo admiſeras de electionis*, etiam ſi ab illis, qui non culpauerunt, admiſſi ſint culpabiles in electione, *Aloyſ. Ricc. reſolut. 40. to. 4. n. 4*

Ratio eſt, quia poteſtas eorum, qui non peccauerunt, non eſt ligata, nam
4 poſſint nõ culpabiles vocare ad electionem, vel præſentationem culpabiles, &

eos

cos admittere, *Abb. in c. Et ſi vnanimiter de electionem*, idem *in c. cum inter n. 7. de electione, Cauale. deciſ. 40. nu. 16. Regens Ronit. in comm. ad pragm. 1. de tit. abuſ. num. 22.*

Ampliatur tertiò, nam licet culpabi-
5 les ſint numero maiores ad non culpabiles, licet numero minores eligendi, vel præſentandi poteſtas deuoluitur, *cap. congregato*, iuncta *gloſ. in verbo irritã de electione, Ant. Gabriel com. concluſ. in tit. de trãſact. concl. 1. n. 6. Turrian. de iuſt. to. 2. diſp. 22. dub. 4. n. 6.*

Ampliatur quartò, etiam ſi vnus non peccauit in electione poteſtas deuol-
6 uitur ad illum ſolum, *glo. in cap. bona in verbo pauciores de electione, Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 15. Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 6. n. 38. Barbat. in conſ. 74. n. 1. Barboſ. de off. Parochi, cap. 2. n. 28.*

Ampliatur quintò, in collegio, qui in vno poteſt conſiſtere, *l. proponebatur de iudicijs, Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 15. n. 38.* & repræſentare totũ collegium per ius accreſcendi, *Gabriel in d. tract. in tit. de tranſact. concl. 1. n. 2. Barboſ. de off. Parochi cap. 2. n. 28.*

Ampliatur ſextò, procedere in omni-
7 bus actibus capitularibus, nam ſi maior pars ſunt inhabiles, puta excommunicati, vel ſuſpenſi tota potentia capitularis reſidet penes habiles, *c. quod circa*, iuncta *glo. de electione*, licet faciãt minorem partem, *Diana reſol. moral. tract. 1. miſcell. reſol. 61. Reg. Ronit. in comm. ad prag. 1. de abuſu tit. n. 29.*

Ampliatur ſeptimò, nam in hoc ca-
8 ſu minor pars collegij totum collegium repræſentat, *c. illa*, & quod notant *DD. de electione, Abb. in d. c. cum in iure de electione, Caual. deciſ. 40. n. 16. Barboſ. de off. Parochi, c. 2. n. 28.*

Ampliatur octauò, procedere in ele-
9 ctoribus per ſentẽtiam priuatis ex cauſa electionis factæ de indigno ad illos, qui in electione non peccauerunt poteſtas transfertur, *Abb. in c. Gratum de poſtul. Prælat. & in c. quia propter, §. niſi num. 4. de electione, Roman. in conſ. 488. Aloyſ. Ricc. dec. 40. to. 4. n. 3. Sotus de iuſt. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. in fine, Capyc. deciſ. 22. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Poſtulantes poſtulatione ſolemni indignũ, ſicut eligentes, vel præſentantes poteſtate præſentandi pro illa vice priuantur.*
2 *Poſtulatio duplex eſt ſolemnis, & non ſolemnis, & quæ ſit, num. 3.*
3 *Nominatio canonica, & poſtulatio ſolemnis idem ſunt.*
4 *Habentes poteſtatem à iure communi eligendi, vel nominandi indignum nominantes ſcienter poteſtate nominandi, vel eligendi priuantur, ita eſt priuilegio.*
5 *Firmiora reputantur ea, quæ aguntur iure communi, quàm ea, quæ ex priuilegio.*

QVÆSTIO XI.

An poſtulantes poſtulatione ſolemni indignum ſcienter sũt priuati poteſtate eligendi, vel poſtulandi.

PRima concluſio: poſtulantes poſtulatione ſolemni indignum ſcienter, ſicut & eligentes poteſtate poſtulandi
1 priuantur pro illa vice, *c. cum in cunctis de electione. Abb. in cap. 1. de poſtul. Prælat.* idem *in cap. gratum, eod. tit. Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 6. n. 10.*

Nã duplex eſt poſtulatio, ſolemnis, & nõ ſolemnis eſt, ſolẽnis eſt quãdo poſtu-
2 latur ab eo, qui poteſt ſuper omni impedimento diſpenſare, *Couar. in c. Alma mater, §. ſeptimo de ſent. excomm. glo. in c. fin. in verbo irritas de exceſſ. Prælat. Sayr. de cenſuris, lib. 2. cap. 6. n. 10.*

Et poſtulantes iſta poſtulatione ſolemni indignum poteſtate poſtulandi priuantur, *Abb. in d. cap. 1. de poſtul. Prælat.* idem *in d. c. Gratum eod. tit.*

Non ſolemnis eſt, quando poſtulatur ab eo, qui non poteſt ſuper omni

impedimento diſpenſare, *glo.in cap.poſtquam in verbo prouiſiones de electione*: requiritur tamẽ eius cõſenſus in poſtulatione, veluti canonici eligere volunt monachũ in Epiſcopũ, ſed quia monachus non poteſt cõſentire ſine licentia ſui Superioris, *c.ſi Religioſus de electione lib.6.Reg.Rou.in comm.ad pragm.Reg. in rub.de arbitr.n.8.*

Canonici poſtulant ab Abbate, ſeù alio Superiore, vt concedat illum monachum in Epiſcopum, Abbas conſentit hæc admiſſio poſtulationis, nõ habet vim electionis; ſed debet eligi de nouo, & poſtulari, & petere confirmationem à Summo Pontifice, *Sayr.de cenſuris lib.2.cap.6.n.10.*

Et de hac poſtulatione nõ ſolemni, nõ priuantur poſtulantes poteſtate poſtulandi, vel eligendi, *Abb.in d.c.1.n.45.de poſtul.Prælat.*

Ampliatur primò, procedere etiam in nominatione canonica, nam nominatio canonica eſt, quando omnes cõcordant de aliquo eligendo, vel nominando, & vadunt ad ſuperiorem petẽdo confirmationem, ſi nominant indignum, *Abb.in d.cap.Gratum, Sayr. lib.2. c.6.n.12.*

3 Ampliatur ſecundò, nam nominatio canonica, & poſtulatio ſolemnis, idem ſunt, & à pari procedunt, *c. contra ſanctorum, 16.q vlt.glo.in c.bona,el terzo in verbo nominationem de poſtulat. Prælat. Amend.add.ad Præſid.de Franch.dec.438. num 21.*

Ampliatur tertiò, vt ſicut eligentes
in dignum poteſtatem habentes à iure communi preſentãdi, eligendi, & no-
4 minandi poteſtate priuantur, ſi ſcienter
præſentant indignum, nominant, vel
poſtulant, ita ex priuilegio, *Abbas in cap.
quia propter, nu.5.de electione, de Laurentijs deciſ.Auen.2.n.1.*

Hinc eſt, quòd firmiora reputantur
5 ea, quæ aguntur iure communi, quàm
ea, quæ iure ſpeciali, *l.cum miles. §.militia, ff.de teſtam.milit. Abb in c. dilectus in fine de off.leg.de Franch.dec.220.n.4. Cephal.in cõſ.59.Ant.Capyc.dec.53. Couar. pract.qq.c.25.n.7.*

S V M M A R I V M.

1 Electores, quando eligunt dignum, tamen aliquis fuit contemptus de Vniuerſitate, qui debet vocari; iſto caſu electio tenet mero iure, proſequente tamen contemptum electio irritanda eſt, n.2.

3 Contemptus in electione facta à collegio, deperſe eligere non poteſt poſtulare, vel nominare.

4 Electio facta à maiori parte de idoneo aliquibus, vel vno contempto, electio valida eſt, & non deuoluitur ad ſuperiorem poteſtas eligendi, num.5. & quæ ſit ratio, num.6.

QVÆSTIO XII.

An, & quando electores eligunt idoneum, ſed aliquis fuit contemptus de collegio, qui vocari debet in electione, an electio ſit valida?

PRima concluſio: electores, quando
eligunt idoneum, ſed aliquis fuit cõ-
temptus de collegio, vel de Vniuerſita-
1 te, qui debet vocari iſto caſu electio
valet mero iure, *c.quod ſicut*, & ibi *Abbas de electione, Io: Valer. de differ. inter vtrumque forum in verbo electio, diff. 2. n.9.& ſeq.*

Proſequente tamen contemptum
2 is, qui vocatus non fuit, electio irritan-
da eſt, *Echirid.iud.Eccleſiaſt.notab.6.* quẽ citat *Amend. add. ad Præſid.de Franch. deciſ.438.num.3 Iacob.Sbrozz.de off.Vic. lib.3. q.37.*

Ampliatur primò, quia contemptus,
3 non poteſt deperſe eligere, vel præſẽ-
tare, vel nominare, quæ opinio communiter tenetur per DD. *in c. quia propter de electione, Ripa in conſ. 21.de reſcriptis,* quem citat idem *Amend.add. ad Præſid. de Franch.dec.438.*citat.

4 Ampliatur ſecundò, valere electio-
nem factam, vel præſentationem à ma-
iori

iori parte de idoneo vno, vel aliquibus conteptis, *Iacob. Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q. 100. n. 3. Abb. in d. c. quia propter de electione*, nec deuoluitur ad ſuperiorem, *Abb. ibidem.*

Ampliatur tertiò, ſubſtinere electionem factam ab illis, qui eligunt dignũ, & idoneum licet vno, vel pluribus contemptis, *Abb. in d. cap. quia propter*, quia ſatis eſt electionem irritari per ſententiam proſequendo contemptũ, *Sbrozz. de off. Vicar. lib. 3. q. 37.*

6 Ratio eſt, quia non tantum peccant illi, qui eligunt dignum, licet vno, vel aliquibus contemptis, *Sbrozz. in d. tract. q. 98 lib. 1.*

Non ſicut electio, vel præſentatio, poſtulatio, vel nominatio de indigno, quæ nulla eſt ipſo iure, *Abb. in c. cum. Eccleſia de conceſſ. prabend. Sbrozz. d. q. 98.*

SVMMARIVM.

1 *Omnes de capitulo ſi ſunt excommunicati, vno excepto, ille vnus eligit, vel præſentat, valet electio.*

2 *Totum capituli reſidet pœnes inhabiles.*

3 *Electio facta per vnum ſolum habilem, valet.*

4 *Ad electionem ſi fuit proceſſum non vocatis illis, qui ſunt inhabiles, valet electio, etiam ſi ad notitiam electorum non peruenit eorum priuatio, & inhabilitas, num. 5.*

6 *Priuati, & inhabiles non ſunt in numero computandi.*

7 *Veritas quandocumque patet, ſemper vireſcit.*

QVAESTIO XIII.

An, & quando omnes de Capitulo, vel Collegio ſunt excommunicati, vno excepto, an ille ſolus poſſit eligere, vel præſentare?

PRima concluſio ſi omnes de Capitulo ſunt excommunicati, vno excepto, &
1 ille ſolus eligit, vel præſentat, valet electio, *Abb. in c. illa deuotionis de electione, Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 5. n. 38. Graff. in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. tract. 7. cap. 86. nu. 4.*

Ratio eſt, quia cum omnes de Capitulo ſunt inhabiles, in vnum ſolum habilem ius Capituli reſidet, & totum
2 repræſentat Capitulum per ius accreſcẽdi, *de Laurentijs deciſ. Auen. 1. nu. 4.* propter iura, quæ in illo ſolo remanent: *Vega lib. 3. caſu 361. Afflict. deciſ. 253. num. 2.*

Ampliatur primò, valere electionẽ, vel præſentationem ad beneficium va-
3 cans, etiam ſi ille ſolus ignorabat alios de Capitulo, vel Congregatione eſſe excommunicatos, vel proteſtatus eſt, quod eos non admittebat ad præſentationem, vel electionem, *Abb. in d. c. illa deuotionis, de Laurentijs d. dec. 1. Afflict. d. deciſ. 253.*

4 Ampliatur ſecundò, valere etiã electionem non vocatis illis, qui ſunt priuati, & inhabiles, etiam ſi ad notitiam
5 electoris habilis non peruenit eorum priuatio, & inhabilitas, *Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 5. n. 39.*

6 Ratio eſt, quia priuati, & inhabiles non ſunt in numero computandi, *Innoc. in cap. cum olim de cohabit. mul. & cleric.*
7 quia veritas quandocumque patet, ſemper vireſcit, *c. veritatem 8. diſtinct. Aloyſ. Ricc. deciſ. 575. prim. p. n. 6. de Laurentijs d. deciſ. 1. Auen.*

SVMMARIVM.

1 *In omnibus actibus capitularibus, vel collegiatis diſponentes, vel explicantes rẽ non legitimè, præterquàm in electionibus, & præſentationibus, non ſunt priuati poteſtate eundem actũ de nouo faciendi, & quæ ſit ratio, n. 2.*

3 *Poteſtas data canonicis compromiſſarijs ad eligendum, quorum duo elegerũt indignum, tertius verò idoneum, & dignum, non valet illius tertij electio de idoneo, nec poteſtas eligendi deuolutur*

tur ad ſuperiorem, num.4.
5 *Electio, poſtulatio, vel nominatio de indigno, ſi non fuerit ſortita effectum, quia habita notitia de indignitate perſonæ electæ, ſtatim fuit caſſata, non priuantur poteſtate eligendi.*

QVAESTIO XIV.

An in omnibus actibus capitularibus diſponentes, vel explicantes rem, vel actum non legitimè, præterquàm in actu electionis ſint priuati poteſtate eundem actum de nouo faciendi?

PRima concluſio: in omnibus actibus capitularibus, vel collegiatis diſponentes, vel explicantes actū non legiti-
1 mè, præterquā in electionibus, & præſentationibus nō ſunt priuati poteſtate eūdem actum de nouo faciendi legitimè, & validè, *Abb. in c. bona, el ſecondo de electione*, nec poteſtas deuoluitur ad alios, qui in tali actu nō interuenerunt, *Abb. in c. Gratum, n. 15. de poſtul. prælat.*
2 Ratio eſt, quia hoc iure cautum non inuenitur, niſi in actu electionis, vndè cum priuatio vocis ſit pœna, non debet extendi, *l. vt ſi quis, §. diuus. ff. de relig. & fun. impenſ. DD. in c. odia de reg. iuris lib. 6. And. de Iſernia in cap. 1. quibus modis feud. amitt.*
3 Ampliatur primò, in poteſtate data tribus Canonicis cōpromiſſarijs ad eligendum, quorum duo elegerunt indignum, tertius verò idoneum, & dignū, non valet illius tertij electio de idoneo, nec poteſtas eligendi deuoluitur ad ſu-
4 periorem, *Canalc. deciſ. 40. n. 12. Abbas in d. cap. Gratum.*

Quia *cap. Gratum* loquitur, quando aliqui elegerunt collegialiter, & nomine proprio, & ideò poteſtas remanet penès canonicos, vel capitulum.

Nam in hoc caſu compromiſſarij nō eligunt, vt collegium, ſed vt ſinguli habentes poteſtatem à Collegio, *Canalc. d. deciſ. 40.* vndè electio deuoluitur ad compromittentes, & ſic ad Collegium; dummodò electionem ratā non habuerint, *c. ſi compromiſſarius de elect. lib. 6.*

Ampliatur ſecundò, in electione, &
5 nominatione de indigno, quæ ſi non fuerit ſortita effectum, quia habita notitia de indignitate fuit caſſata, non ſunt priuati electores poteſtate eligēdi, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *c. non præſtat de reg. iur. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Electio facta ab illis, qui in poſſeſſione eligendi reperiuntur, valida eſt.*
2 *Sententia lata ab eo, qui erat in poſſeſſione iuriſdictionis bona fide valida eſt, licet proprietas iuriſdictionis ad poſſeſſorem non ſpectabat, n. 3.*
4 *Acta facta ab officiali, vel Prelato, qui communi opinione reputabatur Prælatus, vel officialis, valida ſunt, quando Prælatus, vel officialis erat in poſſeſſione Prælaturæ authoritate ſuperioris, n. 5.*
6 *Collatio beneficij facta ab eo, qui erat in poſſeſſione conferendi valida eſt, ſicut et præſentatio, n. 7.*
8 *Sola poſſeſſio canonicatus tribuit facultatem dandi vocem in capitulo.*
9 *Exiſtens in poſſeſſione canonicatus, debet admitti ad omnes actus capitulares.*
10 *Vitioſa poſſeſſio nullum ius tribuit, nec clandeſtina, n. 11. nec violenta, n. 12.*
13 *Doloſis, & iniuſtis poſſeſſoribus, & violētis non fit reſtitutio.*
14 *Iura fauere non debent iniuſtis poſſeſſoribus.*

QVAESTIO XV.

An electio facta ab illis, qui in poſſeſſione præſentandi, vel eligendi reperiūtur, ſit valida?

Pri-

PRima concluſio: Electio facta ab illis,
qui in poſſeſſione eligendi reperiun-
1 tur, valida eſt; *c.quarelam de electione*,
*Decius in conſ.*103.*Nauarr.in conſ.*1. *de*
*iure patronatus lib.*6. *de Laurenijs, deciſ.*
*Auen.*139. *n.*5. Ego ipſe latiùs in *lib.* 1.
*quaeſt.*1.

2 Ampliatur primò, ſententiam latam
ab eo, qui erat in poſſeſſione iuriſdictio-
nis bona fide authoritate ſuperioris va-
lere, *Abb. in c.cum veniſſent n.*21. *de in-*
*ſtitutionibus, idem in conſ.*37.*par.*1.*Pauin.*
de poteſt.cap.ſed.vacant. 2.*par.princ.q.*10.
*num.*3.

Ampliatur ſecundò, valere ſenten-
tiam, & omnes actus factos ab officiali
deputato à poſſeſſore, iuriſdictionis, li-
3 cèt proprietas iuriſdictionis ad poſſeſ-
ſorem non ſpectabat, *Abb. in c. cum di-*
*lectus, n.*4.*de relig. dom. Pariſius in conſ.*
136.*vol.*4.*Innoc.in c. cum noſtris de con-*
*ceſſ.praeben.Ans.Capyc.deciſ.*6.*n.*19.

Ampliatur tertiò, valere acta facta
4 ab officiali, vel Prælato, qui communi
opinione reputabatur Prælatus, vel of-
ficialis, *l.Barbarius*, & quod ibi notanr
Scribentes, *ff.de off.praetor.Nauarr.in cōſ.*
59.*de temp.ordinat.lib.*1 .*Rend. in promp.*
*iur.recep.ſent.tom.*1.*tit.*38.*n.*23.

Quando Prælatus, vel officialis erat
5 in poſſeſſione Prçlaturæ authoritate ſu-
perioris, *c.licet Epiſcopus de praeben.lib.*6.
glo.in c.tranſmiſſam in verbo de teſtibus
*de electione, Guid.Pap.in conſ.*69.*Nauarr.*
*in d.conſ.*59.*de temp.ordin.*

Ampliatur quartò, etiam titulo in-
ualido, *Suar.*3.*par.tom.*4.*diſp.*26.*ſect.*6.
*n.*6.*Reginald.in prax.for.paenit. lib.*1.*nu.*
103.*Filliuc.to.*1.*tract.*2.*c.*9.*n.*27. *Barboſ.*
*de off.Parochi cap.*17.*n.*32.

6 Ampliatur quintò, collationem fa-
ctam ab eo, qui erat in poſſeſſione con-
ferendi beneficia, validam eſſe, *Abb. in*
c.veritatis in fine de dolo, & contumacia,
*Io: And. in c.*2.*de reſcript.lib.*6. *de Laurē-*
*tijs deciſ.Auen.*139.*n.*5.*Io: Valer. de diff.*
inter vtrumque for.different. 2.*nu.*2. Ego
ipſe in *lib.*1.*q.*1.

Ampliatur ſextò, validam eſſe præſē-
7 tationem factam ab eo, qui erat in poſ-
ſeſſione præſentandi, *Abb. in cap.cum Ec-*
cleſia, *num.*85. *de cauſ.poſſ.propriet.* idem
& alij in *c. conſultationibus de iure patro-*
*nat. Azor.inſtit.moral.p.*2.*lib.*7. *c.*17.*n.*4.
Ego ipſe latiùs in *d.q.*1.*lib.*1.

Ampliatur ſeptimò, ſolam poſſeſſio-
nem tribuere facultatem dandi vocem
8 canonico in capitulo, *Abb.in c. in geneſi*
de electione, Iacob. Sbrozz. de off. Vicar.
*lib.*1.*q.*64.*n.*38.*de Laurentijs d.dec.Auen.*
139.*n.*4. *Surdus deciſ.*229.*n.*40. *Gonzal.*
*ad reg.Cancell.*8.*glo.*45.§.2.*n.*17.

Ampliatur octauò, exiſtens in
9 in poſſeſſione Canonicatus, debet ad-
mitti ad omnes tractatus capitulares,
glo.in c.bona memoria in verbo conſuetu-
dine de poſtul.Praelat.Azor.inſtitut.moral.
*p.*1.*c.*8.*q.*2.

Ampliatur nonò, probari poſſeſſio-
nem canonicatus probando exercitium
iurium incorporalium ſolis canonicis
competentium, *Abb.in c.vt noſtrum, n.*2.
de off.Archidiac. idem in *conſ.* 101.*par.*1.
*Maſcard.de probat.concl.*1223. *num.*1.*Io:*
Valer.de diff.inter vtrumq; for. in verbo
nullitas diff. 2.*n.*2.

10 Limita im poſſeſſione vitioſa, quæ
nullum ius tribuit poſſeſſoribus, *Roland.*
*in conſ.*9.*n.*37.*Afflict. deciſ.*403.*num.*5.
aliàs ius publicum offenderetur, quòd
eſſe non debet, *cap.diligenti de praeſcript.*
*Crauett.in conſ.*106.*lib.*2.*Regens Rouit.in*
*prag.*11.*de feudis n.*90.

11 Limita in poſſeſſione clādeſtina, quæ
nullum tuetur poſſeſſorem, *cap.quia pro-*
pter, §.*vltimo de electione, Afflict. deciſ.*
301. aliàs de facili iura alterius deſtrue-
rentur, *glo.in cap.exceptionem in verbo off.*
iudicis de exceptionibus, Molin. de primog.
*lib.*4.*c.*8.*n.*28.*Regens Rouit.in d.prag.*11.
*de feudis n.*91.

12 Limita in poſſeſſione violenta, *l.*1.&
quod ibi notant *DD.C.de ſeruit.& aqua*,
*Barbat.in conſ.*41. *vol.*1.*Roman. in conſil.*
136. nam veritas, & iuſtitia volūt, quòd
13 doloſis, & iniuſtis poſſeſſoribus, & vio-
lentis non fiat reſtitutio poſſeſſionis, *c.*
licet cauſam de probationibus, Regens Ro-
*uit.in prag.*9.*de feudis, n.*39.*& ſeq.*
14 Et iura iniuſtis poſſeſſoribus fauere

non

non debent, *l.probatorias,C.de diuerſ.off. lib.12.Barboſ.de off.Parochi cap. 29. n.5. & 6.*

SVMMARIVM.

1 *Nominatus primò præſumitur magis dilectus.*

2 *Prior in ordine ſcripturæ videtur dignior.*

3 *Quando ſunt duo præſentati ſucceſſiuè vnus poſt alium, & primò præſentatus eſt ſecundo idoneor, et vota sũt paria: primus ſi eſt magis idoneus, debet inſtitui.*

4 *Scundus præſentatus ſi eſt magis idoneus debet inſtitui, ſi merita, & vota ſunt paria, qui maioribus iuuatur meritis, debet præferri.*

5 *Maiores in beneficiorum collationibus præferuntur.*

6 *Quando vterque ex præſentatis eſt æquè idoneus, tunc data paritate vocum, & idoneitatis nullus erit potior, & datur optio Epiſcopo quem velit inſtituere, & quæ ſit ratio n.7.*

8 *Iura debent in ſuis terminis militare, & rarò, & nunquam æquiparantur.*

9 *Butrij opinio in c. paſtoralis ab authore reycitur, & Io. And. opinio nec per authorem admittitur, n.10.*

11 *In legatis primò nominatus præſumitur magis dilectus.*

12 *Text. in cap. cum autem ab authore declaratur.*

13 *A re dubia à verbis legis non eſt recedẽdum.*

QVAESTIO XVI.

An ſi duo fuerint præsẽtati vnus poſt alium, & ſunt æquæ idonei, quis veniat præferendus?

QVòd data paritate vocum, & ſufficientiæ, quando diuerſis temporibus præſentatio fit de duobus, primus debet inſtitui,

1 Facit primò, nominatus primò præſumitur magis dilectus, *l.quoties,ff. de vſufruct.c.cum dilectus de reſcriptis*, nam valet argumentum ab ordine literæ, *l. peto;§.fratre,ff.de leg.1.* & ex ordine ſcripturæ ius prælationis probatur, *de Franchis deciſ.131.*

2 Secundò facit, prior ex ordine ſcripturæ videtur dignior, *Felyn.in c.cum dilecta de reſcriptis, l.vt gradatim,ff.de muner.& honorib.*& ex ordine ſcripturæ ſequitur ordo intellectus, *l.peto, §.quibus, C.de nou.cod.fac. de Laurentijs dec. Auen. 22. num.3.*

Pro reſolutione quæſtionis tres oportet diſtinguere caſus.

Primus eſt, quãdo sũt duo præsẽtati ſucceſſiuè vnus poſt alium, & primus

3 præſentatus eſt ſecũdo idoneor, & vota ſunt paria, primus debet inſtitui, ſi eſt magis idoneus, *c.cum autem de iure patronatus, c. quoniam*, iuncta *glo. in verbo, qui maioribus, eod. tit. Barboſ.in conſ.23. lib.1. Rota apud Farinac.deciſ.678.*

Secundus caſus eſt, ſi ſecundus præſentatus eſt primo idoneor, & vota

4 ſunt paria, ſecundus debet inſtitui, *Abbas in c.dudum de electione, cap. vltimo,* iuncta, *glo.de pœnis, Aloyſ. Ricc.in prax. reſolut.69.to.4.n.8.Vaſq.in opuſcul.de beneſ.cap.7.§.3.n.10.*

Ratio eſt, quando vota ſunt paria, qui maioribus iuuatur meritis, plus exhibet, quàm alius, & ideò præferendus, *glo.in d.c.quoniam, in verbo qui maioribus*, & maiores sẽper minoribus in beneficiorum collationibus prę̃feruntur,

5 *Epiſcoporũ, 64.diſt.c.vltimo 65. diſtinct. c.Archidiaconum Florentinum*, iuncta *glo. diſt.75.* facit *tex.in c.venerabilis de præbendis, Valer.de differ.inter vtrumque for. diff.2. in verbo electio, nu.10. Alzed.de præſtant.Epiſcop.dignit.p.1.c.3.n.13.*

Tertius caſus eſt, quando vterque eſt ęquè idoneus, & tunc data paritate

6 idoneitatis, & vocum, nullus erit potior, nec primus, nec ſecundus, nulla habita ratione de prioritate præſentationis, *gloſ.in cap.ſi plures, verſ.ſed ſi inter patronos 16.q.7.*

Hoc enim caſu datur optio Epiſcopo quem velit inſtituere, *d.cap.cum autem,*

iun-

iuncta, *glo. in verbo iudicio Epiſcopi de iure patronatus*, facit, *tex in l. ſi ſticchum, §. ſi decem, ff. de nouationibus, l. planè, ff. de condit. indebiti, l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de leg. 2.*

Et poteſt Epiſcopus gratificare, cui voluerit, *Aloyſ. Ricc. deciſ. 7. 1. par. nu. 4. Lambertin. de iure patr. par. 3. lib. 2. qu. 5. art. 2. in fine.*

Ratio eſt, quia ſi prioritas temporis
attenderetur, vt fuit in opinione *Anton.*
7 *Butrius in c. paſtoralis de iure patronus*, vt
quando vota, & merita ſunt paria, non detur optio Epiſcopo, ſed debet inſtitui primus præſentatus; rarò haberet locum diſpoſitio, *d. c. cum autem*, ſed ego contra, & dico, quòd quando vota, & merita ſunt paria prioritas temporis non eſt attendenda ex verò intellectu, *d. cap. cum autem*; nam vt plurimum præſentantur ſucceſſiuè vnus, poſt alium, & lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.*

8 Iura debent in ſuis terminis militare, nec taliter reſtringi litera, vt rarò ſuum ſortiatur effectum, not. *Decius in l. ea, quæ de regulis iuris*, & rarò, & nunquam æquiparantur, *c. coram de off. de leg.*

Hinc eſt, quòd prouiſio in vno caſu ad alium non extenditur, *l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthum.* nam ſi legiſlator voluiſſet, quòd quando vota, & merita ſunt paria prioritas præſentationis attenderetur vtique dixiſſet; non dixit omiſſum eſt, *Bal. in l. cum proponas, C. de pactis*, facit quod not. *Guid. Pap. dec. 388. Regens Rouit. in prag. 4. de feudis, n. 37.*

9 Et ex his dico non eſſe attendendam Butrij opinionem *in d. c. paſtoralis*, nec etiam opinio *Io: And. in regula in re cōmuni de reg. iuris lib. 6.* qui ſimiliter, fuit
in eadem opinione; quia tam Butrius,
10 quàm Io: Andr. in aduertenter loquuti
ſunt, & non fuit intellectus *d. c. cum autem*, benè perpenſus.

Non obſtat primum argumentum,
quia procedit in legatis, nam primò no-
11 minatus præſumitur magis dilectus, *l. quoties, ff. de vſufruct. Felyn. in c. cum dilecta de reſcriptis, l. generaliter, §. ſi quidem, ff. de fideicommiſſ. hæredit.*

Non obſtat ſecundum argumentum, quia procedit in ordine ſcripturę, nam tunc primò, nominatus præſumitur dignior, *Dilectus de arte teſtand. in tit. de legatis caut. 27.* & ordo ſcripturæ in caſu noſtræ quæſtionis non impedit cauſam iuris, *l. quidam, ff. de leg. 2. de Laurentijs deciſ. Auen. 22. n. 8.*

Ad probandam hanc meam opinio-
12 nem, verba *tex. in d. c. cum autem*, ponderantur in illis verbis, *verum ſi collegiū, vel eccleſiaſtica perſona præſentationē habet, qui prior in tempore potior eſſe debet.* ex quibus verbis clarè deciditur quæſtio, quòd in laicis, quando præſentatio facta eſt ſucceſſiuè de duobus, & vota, & merita ſunt paria locus eſt gratificationi, *glo. in d. cap. cum autem in verbo iudicio Epiſcopi.*

13 Secus autem in Eccleſiaſticis, nam primò pręſentatus debet inſtitui, quia eccleſiaſtica perſona variare nō poteſt, & à re dubia à verbis legis non eſt recedendum, *l. 1. §. ſi is qui, ff. de exercit. l. non aliter, ff. de leg. 2. Capyc. deciſ. 125. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Laici patroni variare poſſunt in præſentationibus clericorum, vſque ad inſtitutionem.*

2 *Variatio in præſentatione, quando diuerſis temporibus facta eſt: debet eſſe cumulatiua ad primam, non autem receſſiua, & quæ ſit ratio, vide nu. 3.*

4 *Nemo ſine culpa iure ſuo priuari debet.*

5 *Semel approbatum, reprobare nō poſſumus ſine cauſa.*

6 *Variatio licet ſit permiſſa infra terminum à iure ſtatutum, non tamen debet fieri ſine cauſa: dummodò aliquod canonicum primò præſentato non obſtet, nu. 7.*

8 *Patronus debet de vrbanitate à tali variatione ſe temperare.*

9 *Variatio ſine cauſa odioſa eſt.*

10 *Varium, & mutabile ſemper fœmina.*

11 *Variatio licet permittatur, non tamen conuenit bono viro.*

12 *Si*

12 Si concurrunt licitum, & honeſtum debet attendi, id quod honeſtum eſt.

13 Contrahentibus, quamuis liceat inter ſe decipere in emptionibus in pretio, tamen honeſto, & bono viro non conuenit, num.14.

15 In quolibet negotio tria ſunt inſpicienda, quid deceat, quid liceat, & quid expediat.

16 Inter contrahentes, licet licitum ſit ſe decipere in venditionibus, & emptionibus in pretio, citrà tamen dimidiam iuſti pretij.

17 Non licet inter contrahentes ſe decipere in vitio, & qualitate rei.

18 Eccleſiaſtica perſona in præſentationibus, variare non poteſt.

19 Variatio in perſonis eccleſiaſticis ab hominabilis eſt.

QVAESTIO XVII.

An in præſentationibus clericorum ad beneficia patronis ſit permiſſa variatio?

PRima concluſio: laicis patronis in præſentationibus clericorum permiſ-
1 ſa eſt variatio, ſiue fiat vno contextu, ſiuè diuerſis temporibus vſque ad inſtitutionem ab Epiſcopo factam, *c. quod autem de iure patronatus clem. plures*, iuncta *glo. in verbo plures de iure patronatus, Nauarr. in conſ. 3. de iure patr.*

Ampliatur, quando diuerſis tempo-
2 ribus facta eſt debet eſſe variatio ad primam præſentationem acceſſiua, non
3 autem receſſiua, *Bal. in auth. habita, c. ne filius pro patre, Rocchus Curtius in tract. de iure patron. in verbo honorificum, q. 32.*

Ratio eſt, quia primò præſentato maxima irrogatur iniuria, ſi à prima præſentatione patronus recederet, primum præſentatum abijciendo abſque cauſa, *cap. paſtoralis de iure patronatus*, facit, *c. quemadmodum de iure iurando, Calder. in conſ. 16. de iure patr.*

4 Ratio, rationis eſt, quia nemo ſine culpa iure ſuo fraudandus eſt, *c. cogno-*
5 *ſcentes de conſtitutionibus, c. inuentum 16. q. vlt.* & ſemel approbatum, reprobare non poſſumus ſine cauſa, *l. Pomponius, ff. de neg. geſtis, l. ſi vxor, ff. de adulterijs.*

Limita primò, licet talis variatio ſit
6 permiſſa intra tempus à iure ſtatutum, non ſequuta inſtitutione, non tamen abſque cauſa, *Felyn. in c. præſentium, col. 2. de teſtibus.*

Dummodò aliquod impedimentum, primò præſentato non obeſt, debet pa-
7 tronus de vrbanitate à tali variatione
8 ſe temperare, *gloſ. elegans in cap. poſtulationem in verbo numquid patronus de poſtul. Prælat. l. in cauſa, §. pen. de minoribus, c. cum cauſis de reſcriptis. lib. 6.*

Ratio eſt, quia variatio ſine cauſa
9 odioſa eſt, & ideò inconſtantiæ, & agilitati attribuitur, *Iaſon in l. gallus §. ille caſus, ff. de lib. & poſthumis*, & inde o infirmis mulierũ maioribus aſcribitur, *c. forus de verb. ſignif.*

10 Nam variũ, & mutabile ſemper fœmina, *Felyn. in c. ne innitaris de conſtitutionibus, Nouar. in tract. de elect. & variat. for. q. 3. ſect. 1. num. 7.*

11 Et licet permittatur variatio, tamen bono viro non conuenit, *c. quanto de iure iurand. Abbas in cap. Magnæ nu. 2. de voto, & voti redempt. Nauarr. in c. nouit ille notab. 6. n. 12. de iudicijs.*

12 Hinc eſt, quòd ſi concurrunt licitum, & honeſtum debet attendi, id quod honeſtum eſt, *l. ſemper*, iuncta *gloſ. ff. de ritu nuptiarum, glo. in e. caſellas 10. q. 3. in verbo, & plus.*

13 Hic congruit, quòd quamuis liceat contrahentibus ſe decipere in emptionibus, & venditionibus in pretio, *l. in cauſa, §. idem Pomponius. ff. de minoribus, c. dilecti de empt. & vendit.*

14 Tamen honeſto, & bono viro non conuenit, *gloſ. in cap. ſi cupis in verbo non multum 16. q. 1. c. Innocens 22. q. 9.* & in quolibet negotio tria concurrere de-
15 bent, quid deceat, quid liceat, & quid expediat, *Nauarr. in repetit. dict. cap. nouit notab. 6. de iudicijs, Tiraq. in tract. de iure primig. q. 44. n. 2.*

16 Et licet in emptionibus, & venditio-

nibus in pretio contrahentes, poſſunt ſe decipere, non tamen vltra dimidiam iuſti pretij, *c. cum cauſam de emptione, & vendit.*

Licet autem deceptio non ſit punibilis, tamen bono viro non conuenit, neque licet, *glo. in l. Iulianus, §. ſi verò in gloſ. magna ff. de act. emp. c. per tuas de donationibus.*

17 Non licet inter ſe contrahentes decipere in vitio, & qualitate rei, *l. apud Iulianum, §. hoc edicto, ff. de iniurys, Bart. in l. ſtipulatio, §. in alieno ff. de verb. obligationibus gloſ. in l. ſemper, in verbo honeſtum de ritu nuptiarum.*

18 Limita ſecundò in perſonis eccleſiaſticis, qui variare non poſſunt, *glo. in cap. quod autem de iure patronatus*; quia eorum præſentatio vim habet electionis, *gloſ. in c. 1. in verbo obtineri de regulis iuris lib. 6. Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 5. num. 37.*

19 Variatio perſonis eccleſiaſticis abominabilis eſt, & improba, *Tiraquell. in tract. de iure primig. q. 44. num. 2. Aloyſ. Ricc. dec. 177. 1 par. Puteus dec. 181. lib. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Variatio licet ſit permiſſa de duobus tamen eſt intelligenda.*
2 *Pluralis loquutio non eſt vaga duorum numero contenta eſt.*
3 *Variatio odioſa eſt, & ideò reſtringenda, & doli mali exemplum.*
4 *Si diſpenſatur per Papam, vt poſſit quis plura beneficia retinere ad duo extenditur.*
5 *Diſpenſatio ſtricti iuris eſt.*
6 *Infinitas in præſentationibus permitti non debet, de duobus tamen iura ſunt intellecta, vt vnus ex duobus eligatur.*

QVÆSTIO XVIII.

An, & quando variatio, quæ laicis permiſſa eſt de duobus, an verò de pluribus intelligēda eſt?

Prima concluſio: licet variatio ſit permiſſa de duobus tamen licita eſt, non
1 autem infinita, *gloſ. in clem. 2. in verbo plures de iure patronatus.*

2 Pluralis loquutio non eſt vaga duorum numero contenta eſſe debet, *gloſ. in c. is cui de prabend. & dignitatib. l. vbi numerus de reg. iuris.*

3 Ratio eſt, quia variatio odioſa eſt, & ideò reſtringenda, *cap. cum in cunctis de reſcriptis lib. 6. Cald. in conſ. 16. de iure patronatus*, facit, *tex. in l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. ſignif.*

Variatio in iure odioſa eſt, & doli mali plena, & ſemper reſtringenda, *Nouar. in tract. de elect. & variat. for. q. 5. ſect. 1. Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 368. n. 14.*

4 Hinc eſt, quòd ſi diſpenſatur per Papam, vt poſſit quis plura beneficia obtinere diſpenſatio, ad duo tantùm extenditur, ſiuè ſimplia, ſiuè curata, *cap. quod dilecto de conſanguin. & affinit. Moneta de opt. canon. cap. 13. n. 98.*

5 Ratio eſt, quia diſpenſatio ſtricti iuris eſt, *c. quia in tantùm de prabend. Alb. in c. dudum de electione, Moneta in dict. tract. cap. 15. n. 99.*

6 Et ſi infinitas permitteretur daretur proceſſus in infinitum, quòd eſſe non debet, *Roman. in conſ. 15. circa finem*, habemus iura, ita interpretata, & intellecta, quòd huiuſmodi variatio de duobus, vel vno contextu, vel diuerſis tēporibus ſucceſſiuè de duobus fieri poteſt, vt vnus eligatur, tertia fieri nō poteſt, *Cald. in conſ. 16. de iure patronatus, Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 360. n. 14.*

S V M M A R I V M.

1 *Patronus, quando primum præſentauit, & iurauit nō variare ex vi iuramenti, variare non poteſt, dummodò canonicum impedimentum primo præſentato nō obſtet, n. 2. & quæ ſit ratio, n. 3.*
4 *Patronus ſi variat quando iurauit non variare, variatio nulla eſt.*
5 *Actus factus contra iuramentum, dicitur nullus, & per iuramentum ſit irreuocabilis.*

6 Iuramentum, quando non tendit in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.

QVÆSTIO XIX.

An, & quando laicus præſentat, & iurat non variare, ſi alium præſentat præſentatio, an ſit valida iuramento, non obſtãte?

PAtronus, quando præſentat primum, & iurat non variare, tunc ex vi iura-
1 menti variare non poteſt, *c. licet*, iuncta *gl. ſ. de iure iurando, Anchar. qq. famil. q. 58. lib. 1. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 7. n. 4. Rolãd. à Valle in conſ. 19. n. 19. Afflict. dec. 381.* & ibi *add. de Laurẽtijs dec. Auen. 34. n. 4. Nauarr. de ſpolijs cleric. in princ. num. 12.*

2 Dummodò aliquod canonicum impedimentum primo præſentato non obſtet, *glo. 5 in c. ad aures in verbo iuramento de his, quæ vi, metuſque c. cum dilectus de iure iurand. c. accepta de reſtitut. ſpoliat.*

Ampliatur primò, quia iuramentum eſt tantæ virtutis, quòd per illud cogitur iurans præcisè ad factum ſeruandũ, *c. debitores de iure iurando, Afflict. deciſ. 163.*

3 Ratio eſt, quia variatio reſpicit priuatum fauorem, & non publicum cui renunciari poteſt, *cap. quamuis de iure iurando, de Franchis dec. 131. nu. 2. c. ſi verò de iure iurando, c. quamuis de pactis, Afflict. dec. 151. n. 13.*

Ampliatur ſecundò, nã ſi variat, va-
4 riatio nulla eſt, quia ex præſentatione primi quæſitum eſt ius primo præſẽtato, *Abb. in conſ. 42. p. 2. Regens Tap. in repet. l. fin. ff. de conſtit. princip.* ex vi iuramenti in præiudicium primi præſentati non poteſt alium præſentare, *Feder. de Senis in conſ. 60. Theſaur in deciſ. 220. per totam, Ant. Capyc. deciſ. 174 de Laurentijs deciſ. Auen. 68 n. 2. Regens Rouit. in rubr. de reuoc. & ſuſpẽſ. grat. in prag. 1. n. 21. et 22.*

Ampliatur tertiò, variationem nullã eſſe, factam per patronum contra iura-
5 mentum, *Ant. Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. cap. 10. n. 22. vers. tertius casus*, & per iuramentum fit irreuocabilis præſentatio, *glo in d. cap. licet, Caſſan. in cons. 54. Seraphin. in tract. de priuileg. iuramen. priuileg. 91. n. 2. Amend. add. ad Præſid. de Frãchis decis. 118. n. 3. Guid. Pap. decis. 61. & in dec. 221.* & actus factus contra iuramentum eſt nullus, *Guid. Pap.* ibidem.

Hinc eſt, quòd quando iuramentum non tendit in diſpendium ſalutis æter-
6 næ, ſeruandum eſt, *Guid. Pap. decis. 343. Dilectus de arte teſtãd. in tit. de sepulturis caut. 6. n. 1. & 2. de Laurentijs deciſ. Auen. 68. n. 8. Nauarr. in comm. de spolijs cleric. in princ. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 Laicus patronus poſt præſẽtationem primi, poteſt alium cumulatiuè præſentare.
2 Præſentatus ſi ab Epiſcopo non fuit admiſſus grauatur, niſi aliquod crimen obijciatur præſentato, n. 3.
4 Præſentatus ſi non inſtituatur ab Epiſcopo, poteſt ab hoc grauamina appellare.
5 Patronus appellatione pendente facta à præſentato, ex cauſa inſtitutionis nõ ſequuta non obſtante; poteſt alium præſentare, & hic eſt unus caſus, qui limitat regulam, quòd appellatione pendente, nil eſt innouandum, n. 6.

QVÆSTIO XX.

An laicus poſt præſentationem primi, qui ab Epiſcopo non fuit admiſſus pro qua cauſa ad ſuperiorem fuit appallatum, an appellatione pendente patronus poſſit alium præſentare?

PRima concluſio: laicus patronus poſt præſentationem primi poteſt alium præ-

præſentare cumulatiuè ad primum, *cap. cum autem de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum, qu. 38. Barboſ. de off. Parochi cap. 2 num. 130.*

Ampliatur primò, quia ſi ab Epiſco-
2 po præſentatus non fuit admiſſus præſentatum grauauit, *glo. in c. paſtoralis in verbo appellauerit de iure patronat. Maſſabr. in prax. Epiſc. requiſi. 3. dub. 3. Salgad. de protect. reg. tom. 1. par. 2. c. 13. n. 199.*

3 Niſi aliquod crimen objiciatur, vel aliquod impedimentum, per quod Epiſcopus eum inſtituere non poſſet, *c. de perſona 65. diſtinct. c. poſtquam 50. diſt. Rochus in dict. tract. in verbo honorificum, quaſt. 38.*

Ampliatur ſecundò, præſentatum
4 poſſe ab hoc grauamine appellare, *Abbas in c. extirpanda, §. qui vero de prabend. Rot. deciſ. 212. de iure patr. Campan. in diuerſ. iur. can. rubr. 11. cap. 13. n. 476. Garcia de benef. c. 2. n. 241.*

Limita primò, quia patronus appellatione pendente non obſtante facta
5 per præſentatum, poteſt alium præſentare, etiam appellatione pendente, *Abb. in cap paſtoralis de iure patronatus, Roch. in d. tract. q. 25. n. 55. in verbo honorificum.*

Limita ſecundò, nam hic eſt vnus
6 caſus, qui limitat regulam, quod appellatione pendente, nil eſt innouandum, *L. 1. & per totam, ff. nil innouari appellatione pendente.*

SVMMARIVM.

1 *Pendente cauſa matrimoniali coram delegato Apoſtolico, Iudex laicus poteſt appellatione pendente compellere maritum ad praſtanda alimenta vxori, tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis, num. 2.*

3 *Lite pendente vxor debet praſtare alimẽta marito pauperi, ſi non habet vnde ſe viuat, & ipſa eſt diues, & idem in marito erga vxorem, ſi eſt diues.*

4 *In cauſa appellationis alimentorum non admittitur appellatio.*

5 *Venter non patitur dilationem.*

6 *Alimentorum fauore executio fit inſolidum, & idem in dote.*

7 *Appellatio in alimentis non admittitur de futuro, ſecus in alimentis de praterito, & procedit quando praſtanda ſunt pauperi, ſecus ſi eſt diues, n. 8.*

QVAESTIO XXI.

An pendente cauſa matrimoniali coram delegato Apoſtolico, poſſit Iudex laicus appellatione pendente compellere maritum ad præſtanda alimenta vxori?

Acceſſoria quæſtio eſt: pro cuius declaratione, dicas, quòd pendente cauſa matrimoniali, coram delegato
1 apoſtolico, Iudex laicus poteſt appellatione pendente compellere maritum ad præſtanda alimenta vxori, nec dicitur attentatum, *ſpecul. in tit. de appellationibus, §. penul. Afflict. deciſ. 152. Peruſ. in tract. de attent. par. 2. c. 12.*

Ampliatur primò, alimenta præſtan-
2 da eſſe vxori, tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis, *Vrſill. add. ad decis. Afflict. 157. n. 12. Guid. Pap. decis. 191. Decius in cons. 509. n. 3.*

Ampliatur ſecundò, lite pendente alimenta eſſe præſtanda marito pau-
3 peri, ſi non habet vndè ſe viuat, & vxor eſt diues, & idem in marito, erga vxorem ſi ſit diues, & vxor pauper, *Capell. Tholoſ. q. 22.* & in expenſis, *Iaſon in cons. 124. n. 7. Afflict. decis. 152.*

Ampliatur tertiò, appellationem in
4 cauſa alimentorum non eſſe admittendam, *Aretin in conſ. 29. in cauſa Oſaſch. decis. 48. Praſes de Franch. dec. 602. Mantou. Aquilan. in tract. de cauſis exequutiuis, ampliat. 31. n. 12.*

5 Ratio eſt, quia venter non patitur dilationem, *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 44. n. 36.* & necare dicitur, qui alimenta denegat, *l. necare, ff. de lib. agnoſcend. Aloyſ.*

RIec.deciſ.166.n.19 Giurba dec.4.n.4.

Ampliatur quartò,fauore alimentorũ
6 exequutionem faciendam eſſe inſolidũ,
*De Franchis dec.*203.& idem in dote,*Vr-
ſill.add.ad Afflict.deciſ.332. Ludouic. de-
ciſ.Peruſin 92. Amend. add.ad Præſid.de
Franchis dec,203.*

Limita primò, id, quod dictum eſt in
7 ampliatione tertia , vt procedat in ali-
mentis præſtandis de futuro, ſecus de
præterito, *Afflict.deciſ.264.*
8 Limita ſecundò, vt procedat quandò
perſona;cui debentur alimenta pręſtari
eſſet pauper, ſecus diues. *Barboſ.in l. 1.
1.par.verſ.non obſtat ſecũda ratio,ff. ſolut.
matrimonio.Præſes de Franchis deciſ.200.
n.6.Vrſill.add.ad Afflict.deciſ.264.*

S V M M A R I V M.

1 *Alimentis renunciari non poteſt.*
2 *Nemo debet ſibi mortem inferre.*
3 *Alimentorum fauor tantus eſt,quòd mu-
lier ſub nube matrimonij lucratur ali-
menta.*
4 *Alimẽta adeò priuilegiata ſunt,vt ſi relin-
quantur vſque ad pubertatatem, deben-
tur vſque ad annum decimum octauũ.*
5 *Alimentorum appellatione veniũt veſtes,
& habitatio, ſecus ſi fuerint legata ci-
baria, num.6.*
7 *Alimenta debent cauſa cognita præſtari
ſaltem ſummariè, & tunc non tenetur
ad reſtitutionem; ſecus autem ſi nullo iu-
ris ordine, quia tenetur ad reſtitutionẽ,
num.8*

QVAESTIO XXII.

An alimentis renunciari poſſit?

ALimentis renunciari non poteſt, *Vr-
ſill.add.ad Afflict.dec.285.Guid.Pap.
dec.61. Manſon.in tract.de cauſis exequu-
1 tiuis lib.1.ampliat.31.n.16.Gail.pract.qq.
lib.2.obſeruat.149.*

Ratio eſt,quia nemo debet ſibi mor-
2 tem inferre, *Aym.in conſ.216.* & necare
dicitur , qui alimenta denegat, *l.necare,
ff.de lib.agnoſcend.Surd. de alimentis,tit.
7.q.32.Gail.lib.2.obſeruat.88.nu.10. de
Franchis deciſ.602.n.4.*

Ampliatur primò , fauorem alimen-
3 torum tantùm eſſe , vt mulier ſub nube
matrimonij lucretur alimenta,& eſt ca-
ſus notabilis , quòd quis ſine culpa ha-
beat de bonis alienis , *Peregrin.de iure
fiſci lib.3.n.82.de Franchis dec.576.*

Ampliatur ſecundò,alimenta tantùm
4 eſſe priuilegiata,quæ ſi relinquantur vſ-
que ad pubertatem, debentur vſque ad
decimum octauum annum , & eſt ſpe-
ciale in alimentis, *l.Mela ait,ff. de alim.
& cib.leg.*

Ampliatur tertiò, fauore alimentorũ
venire veſtes , & neceſſaria, & habita-
tio, *l.legatis, & l.fin.ff.de alim.& cib.leg.
Surdus de alim.tit. 6. qu.11. de Franchis
deciſ.88.n.10.*

Limita primò, ſi fuerint legata ciba-
5 ria diurna, quia tunc ſolùm cibaria de-
bentur, & non veſtes , nec habitatio,
l.cibarijs, ff.de aliment.& cib. leg.
6 Limita ſecundò, quia cauſa cognita
debent præſtari alimẽta,ſaltem ſumma-
riè per Iudicem, *Aym.in conſ.185.*& tũc
non tenetur ad reſtitutionem, *Bald.in c.
1.An agnatus in vſib.feud.Manſon.in trac.
de cauſis exequutiuis,ampliat.31.n.32.*
7 Secus autem, quando nullo iuris or-
dine ſeruato præſtantur alimenta , quia
8 tunc tenetur ad reſtitutionem, *de Fran-
chis deciſ.576.Vrſill.add. ad Afflict. dec.
228. Manſon.in d.tract. ampliat. 31.nu.
32.& ſequentibus.*

S V M M A R I V M.

1 *Præſentato duo ſunt exhibita remedia cõ-
tra Epiſcopum,ſi ſpreuit eum inſtituere ,
& quæ ſunt, n.2.*
3 *Epiſcopus ſi ſpreuit inſtituere præſentatũ ,
poteſt ab hoc grauamine appellare.*
4 *Ex ſola præſentatione ius acquiritur præ-
ſentato.*
5 *Præſentatus per viam querelæ ſuperiorem
adire debet , vt Ordinarium ad eum in-
ſtituendum compellat.*
6 *Remedia à iure inuenta , vt præſentatus
inſtitutionem conſequatur pro ſunt præ-
ſen-*

ſentato, ante præſentationem ſecundi, ſed poſt præſentationem ſecundi, tolluntur.

QVÆSTIO XXIII.

Præſentato, quæ remedia à iure exhibita ſunt, ſi Epiſcopus ſpreuit eum inſtituere?

PRæſentato duo ſunt exhibita remedia contra Epiſcopum ſi ſpreuit eum
1 inſtituere.

Primùm eſt, quia ſi ſine cauſa legi-
2 tima non vult Epiſcopus præſentatum inſtituere, vel præſentationem admittere, poteſt ab hoc grauamine appellare,
3 ſic docet *Abb. in c. paſtoralis de iure patronatus, gloſ. in cap. cum Bertoldus, in verbo aduerſus de ſent. de re iudic. glo. in c. 1. in verbo grauem querimoniam de appellationibus.*

Ratio eſt, quia ex ſola præſentatione ius acquiritur præſentato, *Abbas in conſ. 42. par. 2.* ita quòd ſi patronus aliũ
4 nõn præſentat, obtinere debet inſtitutionem, *Cald. in conſ. 16. de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum, q. 8. gloſ. in d. c. paſtoralis in verbo appellauerit.*

5 Secundum remedium eſt, vt per viã querelę præſentatus ſuperiorem adeat, & Ordinarium ad eum inſtituendum compellet, *c. nullus,* & ibi *Io: And. de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificũ q. 20. Cald. in conſ. 18. de iure patr.*

Hæc remedia poſſunt appellanti an-
6 te præſentationẽ ſecundi, ſed poſt præſentationem ſecundi tolluntur, ea ratione, quia non fuit appellatum contra patronum, nec appellari poterat, ne alius præſentetur, *c. paſtoralis, §. præterea de off. deleg. Abbas in d. c. paſtoralis de iure patronatus.*

SVMMARIVM.

1 *Quando plures fuerunt præſentati, & ad inuicem litigant, non datur variandi poteſtas, & quare, n. 2.*

3 *Patronus, qui nondum præſentauit, poteſt alium præſentare, ſi non eſt elapſum tempus à iure ſtatutum, & poteſt alium collitigantem præſentare.*

QVAESTIO XXIV.

An, & quando plures à principio fuerunt præſentati, & ad inuicem litigant, non datur variandi poteſtas?

PRima concluſio, quãdo plures à principio fuerunt pręſentati, & ad inuicẽ
1 litigant, non datur variandi poteſtas, *clem. 1. vt lite pendente,* quia impediuntur authoritate, *tex. in c. 1. & 2. vt lite pendente, Calder. in conſ. 18. de iure patronatus.*

2 Ratio eſt, quia per nouos aduerſarios lis protraheretur, *Couarr. lib. 1. practic. qq. cap. 26. num. 8. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum q. 23. n. 42.*

3 Limita, vt procedat ſupradicta concluſio, quando ipſimet patroni, qui litigantes præſentauerunt vellent variare alios præſentando, cumulando, non autem alius patronus, qui nondũ præſẽtauerat infra tempus à iure ſtatutum, vellet alium, vel collitigantes præſentare, *Lupus alleg. 23. & in alleg. 96. Cald. in conſ. 1. vt lite pendente.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus ratione communionis, non poteſt in præiudicium patroni eccleſiaſtici variare.*

2 *Maius dignum trahit ad ſe minus dignũ.*

3 *Quòad reſeruationes, & derogationes ius patronatus commune cum eccleſiaſticis cenſendum eſt, ac ſi eſſet laicale.*

4 *In re indiuidua, quis non debet pati præiudicium ratione ſocietatis.*

QVÆ-

QVAESTIO XXV.

An, & quando laicus præſentat cum eccleſiaſticis poſſit variare?

PRima concluſio: patronus laicus quãdo inſimul cum eccleſiaſticis præſẽ-
1 tat tunc ratione communionis, non poteſt in præiudicium patroni eccleſiaſtici variare, *glo. in c. vnico de iure patronatus lib. 6. Cald. in conſ. vlt. eod. tit.*

2 Ratio eſt, quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum, *Felyn. in tract. quãdo litera apoſtolica noceant patrono col. 4. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ius q. 7. Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 48. num. 4.*

Ampliatur, vt procedat nedum in variatione, verùm etiam quoad priui-
3 legia, & commoda iuris patronatus eccleſiaſtici, *Feder. de Senis in cons. 66. Couarr. pract. qq. lib. 1. cap. 36. n. 6.*

Limita, quoad derogationes, & reſeruationes vnanimi conſenſu receptũ eſt, quod hoc ius patronatus ſit cenſẽdum de iure patronatus laicorum, non autem eccleſiaſtici, *Federic. de Senis in d. cons. 66. Abb. in c. vlt. de iure patronatus, Reuerendiſſimus Viuian. Epiſcopus Sol. in praxi iuris patronatus lib. 10. c. 1. n. 134.*

Ratio eſt, quia in re indiuidua, quis
4 non patitur præiudicium ratione ſocietatis, quàm cum clerico habet, *Felyn. in c. in noſtra coroll. 38. de reſcript.* & in hac ſpecie clericus gaudet priuilegio *Socij, de Laurentijs decis. Auen. 31. nu. 2. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Electores, quando procedunt ad electionẽ ſeruata forma, c. quia propter de electione, & fuit publicatum ſcrutinium ſecretum, tunc electores variare nõ poſſunt, etiam ſi præsentatio nõ fuerit superiori præsentata, n. 2.*

3 *Publicato ſcrutinio, non poſſunt electores recedere à poſtulatione ſolemni, & nec à nominatione canonica, n. 4.*

5 *Electiones non poſſunt alternatiuè fieri.*

6 *Electores poſſunt à præsentatione recedere etiam ſi fuerit publicatum ſcrutinium, dummodò non fuerit præsentata superiori.*

7 *Poſtulatus, vel nominatus non poteſt petere confirmationem iure actionis, & quare, vide num. 8.*

QVAESTIO XXVI.

An, & quando electores procedunt ad electionem ſeruata forma, cap. quia propter, & fuit publicatum ſcrutinium, poſſint variare?

ELectores, quando procedunt ad electionem ſeruata forma, *c. quia prop-*
1 *ter de electione*, & fuit publicatum ſcrutinium ſecretum, tunc variare non poſſunt, *c. publicato*, & ibi, *Abb. de electione Caualcan. dec. 40. n. 21. Nauarr. in conſ. 3. de electione.*

Ampliatur primò, etiam ſi electio nõ
2 fuerit præſentata ſuperiori, *Abb. in c. Bonæ memoriæ de poſtulat.* dummodò fuerit ſubſcripta, *gloſ. in cap. penultimo, in verbo nullam à d. tit. de Franchis dec. 438.*

Ampliatur ſecundò, vt ſicut publica-
3 to ſcrutinio, & ſubſcripta electione, nõ poſſunt ab electione recedere, ità nec à poſtulatione ſolemni, *Bald. in rub. de*
4 *electione, Abb. in cap. gratum de poſtulat. prælat.*

Ampliatur tertiò, vt nec valeant à nominatione canonica recedere, nam poſtulatio ſolemnis, & nominatio canonica idem ſunt, & à pari procedunt, *Abb. in cap. quod ſicut, §. 1. de electione, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ius in præludijs, Amẽd. add. ad Præſid. de Franchis deciſ. 438. Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 6. n. 36.*

5 Ampliatur quartò, vt nec electiones poſſint alternatiuè fieri, *cap. 2. de elect. lib. 6.*

lib. 6.gloſ.in c.clem. plures de iure patronatus.

6 Limita primò,non procedere in pręſētatione, quia etiam ſi fuit publicatum ſcrutinium,poſſunt ab ea recedere,*c.dilectiſſimi* 8.*q*.2.*Innoc.in c.fin. de elect.*

Dummodò non fuerit ſuperiori præſentata, *Abb.in dict. cap. publicato de electione.*

Limita ſecundò,id, quòd dictum eſt in poſtulatione ſolemni, & nominatione Canonica; vt non poſſint ab ea
7 recedere electores, vel pręſentantes; tamen nullũ ius acquiritur poſtulato, vel nominato, quò poſſint iure actionis petere confirmationem, vt in electionibus.

8 Sed totum pendet ab arbitrio ſuperioris, *c quod ſicut de electione,glo.in cap. poſtulationem de poſtul.prælat.*

Declara, nam licet gratiam ſolam petere debet poſtulatus, tamen iniuriã poſtulato, vel nominato facere videntur ſuperiores, ſi poſtulationem,vel nominationem nõ admittant,ad quos ſpectat confirmatio, facit,*l.* 1.*S.penult.ff. de aqua quotidiana, & æſtiua,glo.in d.c.poſtulationem de poſtul. Prælat.*

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio, quando eſt facta vno contextu,vel diuerſi temporibus de pluribus, & vota ſunt paria locus eſt gratificationi.*

2 *Præſentati ſi fuerint plures pari vocũ numero nobilis, & ignobilis, doctus, & indoctus non eſt locus gratificationi per Epiſcopum.*

QVAESTIO XXVII.

An, & quando præſentatio facta eſt vno contextu, vel diuerſis temporibus, & vota ſunt paria, quis veniat pręferendus?

PRima concluſio: præſentatio ſi facta eſt vno contextu, vel diuerſis temporibus de pluribus, non ſequuta inſti-
1 tutione, & vota, & merita ſunt paria, nec nullum poteſt conſtitui diſcrimen inter pręſentatos in natalibus, doctrina, ætate, dignitate, & honeſtate locus eſt gratificationi Prælato inſtituenti, *c. cum autem,*iuncta *gloſ.de iure patronatus glo.in c.in generali in verbo ad zelum de electione, Abb.in c.dudum in* 1.*notabili eodem tit.Tiraq.in tract.de nobilit.cap.* 20.*n.*11.*Bellug.in ſpecul.princip.rubr.*27.*n.*4.

Hinc eſt, quòd ſi ab vno, vel pluribus patronis vno contextu, vel diuer-
2 ſis temporibus duo, vel plures fuerint præſentati pari vocum numero nobilis, & ignobilis doctus, & indoctus iuuenis, & ſenex, non poteſt Epiſcopus gratificare, quia quodammodo debitum eſt beneficium illis, qui in natalibus; doctrina moribus, & meritis, vel ætate antecellit, *Abb.in c.cum adeò de reſcriptis, Cardinal.Alex.in præludijs feud.diu.*12.*glo.in extrau. execrabilis in verbo generis claritatem de præbendis, Rochus Curt. in tract. de iure patronatus in verbo honorificum q.*46.*n.*28.*Nauarr.in conſ.*21.*de ſimonia, Aloyſ.Ricc.dec.*7.1.*par.n.*2.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio,quando facta eſt diuerſis temporibus, & præſentatio primi non fuit admiſſa, vel admiſſa, & inſtitutio non ſequuta culpa Epiſcopo præſentatũ grauanit Epiſcopus.*

2 *Epiſcopus tenetur acceptare præſentationẽ, niſi aliquid crimen præſentato obijciatur, n.*3.

4 *Læſus omni iure recompenſandus eſt.*

QVAESTIO XXVIII.

An, & quando præſentatio facta eſt diuerſis tẽporibus de duobus, & præſentatio primi non fuit admiſſa, ad quid tenetur Epiſcopus?

Præ-

PRæſentatio, quando facta eſt diuerſis temporibus de duobus, & præſenta-
1 tio primi non fuit admiſſa, vel admiſſa, & inſtitutio non ſequuta fuit culpa Epiſcopi præſentatum grauauit Epiſcopus, *c. paſtoralis de iure patronatus*; nam tene-
2 tur acceptare præſentationem, & præſentatum inſtituere, *cap. decernimus 16. q. 7. Cald. in conſ. 18. de iure patronatus.*

Niſi aliquod crimen in perſonā præ-
3 ſentati obijciatur, *c. de perſona 65. diſtin. c. poſtquam 50. diſt. Bellug. in ſpecul. princ. rub. 23. n. 4.*

Ampliatur primò in Epiſcopo, qui ſi repellit præſentatum non abijciendum, neque repulſandum tenetur, ad intereſſe de conſimili beneficio prouidere, *d. c. paſtoralis, Abb. in conſ. 73. par. 2. gloſ. in c. poſtulaſti in verbo cum doloſè de conceſſ. prebendæ.*

Ampliatur ſecundò, vt procedat ſimile in eo, qui recuſat idoneum fideiuſſorem, *l. ſi verò, ff. qui ſatiſdare coguntur*, nam tenetur acceptare idoneum fideiuſſorem, pars cuius intereſt, *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in praeludijs q. 3. glo. in c. cōtra ſanctorum in verbo expellere 16. q. 7. Sot. de iuſt. et iur. lib. 4. q. 8. art. 8.*

4 Ampliatur tertiò, læſum omni iure eſſe recompenſandum, *Ruin. in conſ. 167. lib. 5.* cum ius diuinum naturale, & gentium, & ciuile, recompenſandum eſſe ſuadeat, *Ariſt. 5. ethyc. Nauarr. in comment. de ſpolijs clericor. §. 3. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio, quando doloſè protelata fuit ab Epiſcopo, & alius fuit à patrono praeſentatus, & inſtitutus, tenetur Epiſcopus ad recompenſationem primo præſentato de conſimili beneficio prouidere.*

2 *Iniuria irrogatur primo præſentato, ſi Epiſcopus eum non inſtituat.*

3 *Malitia Epiſcopi conuincitur ex eo ſolùm, quòd præſentationem non admiſit.*

4 *Epiſcopus, quando patronum induxit ad aliam præſentationem faciendam, vt primum repelleret, & ſecundum inſtituat, tenetur ad recompenſationem, ſi alicui amico, vel conſanguineo gratificare volebat.*

5 *Et tenetur ad recompenſationem, & quæ ſit ratio in fine.*

QVÆSTIO XXIX.

An ſi primus præſentatus nō fuit inſtitutus, quid agendum cōtra Epiſcopum?

PRima concluſio: inſtitutio primi præſentati, quando doloſè per Epiſcopum fuit protelata, vel dilatata, & alius medio tēpore fuit à patrono præſenta-
1 tus, & ab Epiſcopo inſtitutus, & tunc quia ex facto doloſo, vel irrationabili Epiſcopi ad quem ſpectat inſtitutio, dicitur iniuſtè primo præſentatus grauatus, *glo. in c. paſtoralis in verbo dolus de iure patronatus, Ant. Franc. add. ad Abbat. in cap. cum vos de off. ordin.*

Pœna recompenſationis debet conteri, vt teneatur de conſimili beneficio, vel alio bono cambio prouidere, *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum, q. 23. n. 31.*

Ampliatur primò, grauem iniuriam
2 irrogari primo præſentato, ſi ab Epiſcopo præſentatio non fuit admiſſa præſuppoſita habilitate, & idoneitate perſonæ, *glo. in c. decernimus in verbo ne malus, 16. q. 7. glo. in cap. bona el terzo de poſtul. Prælat. glo. in c. poſtulationem in verbo nullam eod. tit. Menoch. de arbitrar. q. 46. num. 3.*

Ampliatur ſecūdò, malitiam Epiſcopi, vel alterius Prælati conuinci, ex eo
3 ſolùm, quòd præſentationem non admiſit, *c. Monaſterium 16. qu. 7. Rochus Curtius in d. tract. in præludijs, q. 3.*

Ampliatur tertio, procedere quando
4 Epiſcopus patronum induxit ad ſecundam præſentationem, vt alicui amico, vel conſanguineo gratificaret, quia in hoc caſu reddidit ſe culpoſum, & doloſum, *c. ſicut is 1. q. 6. l. & ſi quāquam, C. de Epiſcopis, & clericis, l. qua omnia ff. ac procu-*

curatoribus, glo. in cap. per inquiſitionem in verbo ſollicitaſſe de electione, glo. in c. conſtitutus in verbo diſtulerit de foro competenti.

5 Ratio eſt, quia per indirectum primo præſentatus, videtur à beneficio priuatus, & ſine culpa; tenetur Prælatus de cõſimilia beneficio prouidere, vel de alio bono cãbio, faciũt notata per *Card. Alexand. in c. 1. qualiter Vaſſallus iurare debeat fidelit. Domino ſuo, Sotus de ratione regend. membr. 2. q. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex poteſt ſine cauſa auferre beneficium beneficiato, de abſoluta, & plenitudine poteſtatis, hoc procedit de rigore iuris, ſed de decentia facere non debet.*

2 *Princeps non eſt liberatus à dictamine rationis.*

3 *Nulla authoritate, neque Principis, neque Senatus, poteſt fieri, quòd Princeps nõ ſit animale rationale, neque eum abſoluere à lege naturæ.*

4 *Summus Pontifex dicitur ſeruus Chriſti, fidelis, & prudens.*

5 *Principi tributum non eſt alterum lædere.*

6 *Aliqua ſi permittuntur iuris authoritate, tenetur ille, qui facit nil intereſſe.*

QVAESTIO XXX.

An Summus Pontifex poſſit auferre beneficium beneficiato ſine cauſa?

SVmmus Pontifex poteſt auferre beneficium beneficiato ſine culpa de
1 plenitudine poteſtatis, *cap. per principalem*, iuncta *glo. 9. q. 3. c. licet de præbendis lib. 6. Dominic. in c. ſi gratioſè de reſcript. Io: Staphil. de literis gratia, & iuſtitia, in tit. de vi, & effectu clauſul. Aym. de antiquit. temp. in verbo non omitto, n. 32.*

Quia in beneficijs plenariam habet poteſtatem, *Geminian. in c. 2. de præbend. clem. 1. vt lite pendente, Abb. in c. cum dilectus in fine de off. leg. Io: de Selua in trac. de benef. 3. par. q. 8. verſ. itẽ intellige Hermens de poteſtate Papæ cap. 8.*

2 Hoc procedit de rigore iuris, *Aym. de antiquit. temp. in d. verbo non omitto n. 37. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 3. n. 6. & 7.* ſed de decẽtia hoc facere non debet, *Franc. Marcus deciſ. 1261. num. 2.* quia dicitur hæres Innocentiæ, *c. 1. & 2. vt eccleſiaſtica beneficia, Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 3. n. 7.*

3 Ratio eſt, quia princeps non eſt liberatus à dictamine rationis, *Albertin. in tract. de hæreticis q. 22. n. 10.*

4 Nulla enim ratione, vel authoritate, neque Principis, neque Senatus poteſt fieri, quòd Princeps non ſit animal rationale, nec eum à lege naturæ abſoluere, nec à dictamine rationis, vel legis diuinæ, *Bald. in l. 2. cap. de ſeruit. & aqua, Abbas in cap. ſi quando de reſcriptis.*

Hinc eſt, quod Summus Pontifex,
5 dicitur ſeruus Chriſti, fidelis, & prudẽs, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, *Rebuff. in tract. nominat. q. 21. n. 59. Bal. in c. cum olim de re iudicata.*

Tamen ſi hoc facit, tenetur de æquè bono cambio prouidere, *Bal. in l. 2. cap. de ſeruit. & aqua, id. in c. 1 §. ad hæc de pace iuramen. firmand. Abb. in c. fin. verſ. ſed nũquid Papa de confirm. vtili vel inutili, de Laurentijs deciſ. Auen. 127. n. 13.*

Et neque Principi tributum eſt alte-
6 rum lædere, *Menoch. de arbitr. q. 96. n. 4. Anton. Gabriel. commun. regul. in tit. de iure quæſito non tollendo concl. 1. n. 12. Nauarr. in d. comm. de ſpolijs, §. 3. n. 2.*

Hinc eſt, quod ſi aliqua iuris authoritate permittantur, tenetur ille, qui facit ad intereſſe, *glo. in c. ſi verò de probib. feud. per Loth. Rom. in conſ. 227. circa præmiſſa.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi primum præſentatum non admiſit, vel ſprenit inſtituere, inſtitutio valida eſt facta in perſonam ſecundi, tenetur tamen primò præſentato ad intereſſe num. 2. procedit etiam ſi ſecundus*

 eſſet

eſſet primo idoneos, num.3.

4 *In beneficijs non deſideratur idoneitatis exceſſus, ſufficit ſcientia ſufficiẽs, & ſciat dubitare, num.5.*

QVAESTIO XXXI.

An, & quando patronus primũ præſentauit, & ab Epiſcopo non fuit admiſſus, vel ſpretus, & patronus ſecundum præſẽtauit, & fuit ab Epiſcopo inſtitutus, an inſtitutio valida ſit?

PRima concluſio: Epiſcopus ſi primum præſentatum non admiſit, vel ſpreuit
1 inſtituere, & patronus ſecundum præſentauit, & Epiſcopus ſecundum inſtituit, inſtitutio valida eſt, *c. paſtoralis de iure patronatus, Nauarr. in conſ. 21. de ſimonia, Cardin. in d. cap. paſtoralis q. vlt.*

2 Tenetur tamẽ Epiſcopus, primo præſentato ad intereſſe, & ad recompenſationem, *d. c. paſtoralis, cap. Metropolitana 60. diſtinct. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 3. n. 2. & 3. c. decernimus, in verbo fundatores 16. q. 7. Sot. lib. 4. q. 8. art. 4.*

Ampliatur primò, vt procedat etiam
3 ſi ſecundus eſſet primo idoneor, *c. Niſi cum pridem,* iuncta *glo. de renunciat. Nauarr. in conſ. 21. de ſimonia, Diana reſolut. moral. par. 2. tract. 1. Miſcell. reſolut. 40. Tãburr. de iur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. Turrian. de iuſt. tom. 2. diſp. 22. dub. 1.*

Ampliatur ſecundò, quia in ſacerdo-
4 tijs, & beneficijs, ſcientia ſufficiens deſideratur, *Decius in cap. in præſentia de probationibus, Innoc. in c. 2. de off. cuſtod. gloſ. in c. monaſterium, in verbo ne malus 16. q. 7. c. qualiter, & quando,* iũcta *glo. in verbo conueniens de electione Reuerendiſs. Roderic. à Cunha Archiepiſcopus Brachar. in comm. ad c. ſi forte 63. diſt.*

5 Et ſciat dubitare, & non ſit malus, *Graff. in ſuis aureis dec. lib. 2. c. 9. Garcia de benef. par. 7. c. 56. n. 62. Pariſius de reſignat. benef. lib. 10. qu. 11. n. 36. Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1. Molfeſ. in ſumm. Theolog. moral. de benef. tract. 6. n. 6. Vgolin. de poteſt. Epiſc. c. 50. §. 13. n. 2. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi allgat. 60. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus.*

2 *Malitia eſt accidentalis eam probare debet, qui eam obycit.*

3 *Præſumptio ſemper pro Epiſcopo magna eſt in bonum.*

4 *Nullo aliquid obÿciente contra præſentatum, poteſt Epiſcopus eũ repellere à beneficio.*

5 *Præſentatus, quãdo eſt notoriè dignus bonæ opinionis, & famæ, pro eo multum præſumitur.*

6 *Præſumptio transfert onus probãdi id aduerſarium.*

7 *Pro clara, & illæſa opinione, multum præſumitur.*

8 *Quando clericus eſt malæ vitæ, mala præſumptio capitur contra eum.*

QVAESTIO XXXII.

An, & quando Epiſcopus præſentationem factam à patrono non admiſit, dicens clericum nõ eſſe idoneum, an clericus probare debet ſuam idoneitatem, an verò Epiſcopus præſentati inſufficientiam?

QVòd Epiſcopus prbare debeat præſentatum non eſſe idoneum.

Facit primò, quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus, *c. vnico*
1 *de ſcrutin. in ordine faciendo c. dudum de præbẽdis,* quia bonitas eſt innata ex origine, & habitudine naturæ, *Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. quid ergo, §. cum autem, ff. de his qui notantur infamia, Nauarr. in conſ. 1. de vſuris, Ludou. dec. Luc. 3. num. 4.*

Sc-

Secūdò, cum malitia ſit accidentalis, eam probare debet, quia eam obijcit, *l.*
2 *quoties, ff. de probationibus c. placuit 16. q.2.* & eo ipſo, quòd non probatur inſufficientia præſumitur Epiſcopi malitia, *l.is qui dolo, ff.de rei vendic. l.omnimodo, C.de inoff.teſtamento.*

Pro Epiſcopo facit, nam pro eo multum præſumitur, *c.bona, el primo de ele-*
3 *ctione c.poſſeſſionem de probationibus, tex. iuncta glo.in l.4.in verbo honeſta de teſtibus, Bal.in l.fin.de probationibus, Paris de Puteo in tract.de ſindicatu in verbo, qui ſemel, num.9.*

4 Secundò facit, nullo aliquid obijciēte contra præſentatum, poteſt repellere ex officio, *c.venerabilem de electione, c.priuſquam 37.diſtin.* nam pro Epiſcopo magna eſt præſumptio in bonum, quòd omnia Deo inſpirante faciat, *Felyn.in c.quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, Roman.in conſ.36. col.penult. verſ. cum igitur.*

Pro reſolutione quæſtionis, duos oportet diſtinguere caſus.

Primus eſt, aut præſentatus erat no-
5 toriè dignus, bonæ opinionis, & famę, bonis moribus præditus, honeſta, & exemplari vita, & tunc quia pro præſētato pręſumitur, *c. bona memoria 36. de electione Abbat. in cap.Nihil de electione, Ant.Gomeſ. variar.reſolut.tom.3.in tit. de homicidio, n.27.*

Et Epiſcopus probare debet pręſentati inſufficientiam, *l.ſi pactum ff. de probationibus, Alciat.in tract.de præſump.reg. 3.præſumpt.1.*

6 Ratio eſt, quia pręſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, *c.unico, ut eccleſiaſtica beneficia, l.verius ff. de probationibus, Macerata reſol. 74. Bald. in conſ.29.n.3: Innoc.in c.cum in iure de offic. de leg. Rebuff. in tract. de congrua part.1. num. 16.*

7 Et multum pro clara, & illæſa opinione præſumitur, *Specul.in tit.de instrument.editione 8. nunc dicendum, Paul.de Caſtro in l.comparationes, C. de fide instrument. Aym.de antiq.temp.par.1. verſ.viſo de fama n.26.*

Secundus caſus eſt, aut clericus erat
8 notoriè indignus, quia erat malæ cōditionis, & famæ, & tunc quia præſūptio eſt pro Epiſcopo contra clericum, *arg. cap. ex inſinuatione de ſimonia, c.bona, el primo de electione.*

Et in hoc caſu clericus probare debet ſuam idoneitatem, facit, *c.literas, & quod* ibi notant *DD. de teſtibus, c. inter ſollicitudines de purg.canonica, Io. And. in c.ſi accuſatus de hæreticis lib.6. Felyn. in c. 2. de fide inſtrum. Boerius deciſ.*100. facit, *l.3.ff.de lib.homine exhibendo.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando præmiſit examen præſētati, & nullam protulit interlocutoriā præſumitur Epiſcopi malitia, ſi ſpreuit præſentatum inſtituero.*

2 *Epiſcopus, quando fuit interlocutus examine prahabito præſentati, dicens præſentatum non eſſe idoneum, & non appellat ſententia tranſit in rem iudicatam.*

3 *Sententia notoriè iniuſta, licet ab ea non ſit appellatum, poteſt dici de nullitate.*

4 *Sententia notoriè iniuſta, nunquam tranſit in rem iudicatam, & grauatus habet regreſſum contra Iudicem, qui malè iudicauit.*

5 *Non appellans à ſententia, poteſt habere regreſſum contra iudicem, qui malè iudicauit.*

QVÆSTIO XXXIII.

An, & quando Epiſcopus præmiſit examen præſentati per patronum; & præſentatum Epiſcopus, non inſtituit, quid faciendum?

PRo reſolutione quæſtionis, tres oportet diſtinguere caſus.

1 Primus eſt Epiſcopus, quando præmiſit examen præſentati, & poſt examen habitum præſentatum nō inſtituit,

vel ſpreuit eum inſtituere, nullam proferendo interlocutoriam præſentatum grauauit, *c.paſtoralis*, iuncta *gloſ. de iure patronatus*, quia malitia præſumitur Epiſcopi, facit, quod notăt *Feud.in c.1.quid ſit inueſtitura, Abb.in d.c.paſtoralis.*

Et poteſt agere coram ſuperiore, vt Epiſcopum ad eum inſtituendum compellet, *c.nullus de iure patronatus, Couarr. lib.1.variar.reſol.in tit.de matrimonio, §. duodecimo c.3.n.118. Barboſ. de off. Parochi cap.2.n.138.*

Secũdus caſus eſt, aut fuit interlocutus, dicens præſentatum non eſſe ido-
2 neum, & poteſt appellare ad ſuperiorẽ, *c.1.de appellationibus*, ſi autem non appellat ſententia, tranſit in rem iudicatã, *Abb.in conſ.93.par.1. Pariſius in conſil. 116.lib.4. Puteus dec.63.vol.1. & in dec. 3. volum.2. Nauarr. in conſ.62. de regul.*

Tertius caſus eſt, ſi ſententia eſt no-
3 toriè iniuſta, & ab ea non eſt appellatũ, poteſt dicere de nullitate ſentẽtiæ, *Socc. in conſ.92.n.1.vol.4.*

Ampliatur primò, in ſententia notoriè iniuſta, & nulla, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam, *Felyn.in c.ſuper li-
4 teris n.13.de reſcriptis, Seraph.dec.1123. nu.6.Cardinal.Tuſcus to.1 litera A concl. 400.n.3.Caputaquen.deciſ.33.par.1 Reg. Rouit.in rubr.de reuoc.& ſuſpenſ.gratiar. in comm.ad prag.Reg.n.35.*

Ampliatur ſecundò, grauatum poſſe habere regreſſum cõtra Epiſcopum, qui malè iudicauit, *c.ſuborta de ſent. excomm.*

Et poteſt conqueri, vt Epiſcopus de ſua notoria iniuſtitia puniatur, *Abb.in c. paſtoralis, §.quia verò de off.& poteſt. iud. deleg.Gutier. canonicarum quæſtionũ lib. 2.cap.11.num.55.*

Sicut Iudex, qui iniuſtè iudicat, *Molina de primogen.lib.2.c.2.n.159. Petrus Nauarr.de reſtit.lib.2.c.2.n.178. Regens Rouit.in comment.ad prag. Reg.3.nu 15. in fine citat.tit.de reuoc. & ſuſpenſ.grat.*

Ampliatur tertiò, non appellans po-
5 teſt poſtmodum habere regreſſum cõtra Iudicem, qui malè iudicauit, *Innoc. in c.ſacro de ſent.excomm.* faciunt ea, quæ habentur *in §.1.de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.Gutier.canon.lib.2. c 11.n.55. Vaſq.in opuſcul.de benef.cap.2.§.3.n.117. Barboſ.de off.Parochi part.2.n.28.idem de off.& poteſt.Epiſc.par.3.alleg.60.num.68. Regens Rouit.in prag.1. num.42. de ſynd. official.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando repulit præſentatũ nullo examine de ſe habito, eo ipſo dolus, & malitia Epiſcopi præſumitur, & procedat, quando repulit præſentatum ante præſentationem ſecundi, n.2. Sicut ſi repulit poſt præſentationem ſecundi, num.3.*

4 *Quando dolus Epiſcopi non interuenit, & Epiſcopus ſuo iure vtitur reſpectu gratificationis, inſtitutio, vel confirmatio, vitio carent.*

5 *Arbitrium, & gratificationem idem ſunt.*

6 *In vacatione Parochialium de iure patronatus laicorum ſi ſunt plures præſentati, & vota, & merita ſunt paria examen, fit per cõcurſum, & Epiſcopus eligit magis idoneum, n.7.*

8 *Ex præſentatis ſi aliquis plures voces habet, is ſolus examinandus eſt.*

QVAESTIO XXXIV.

An, & quando Epiſcopus repulit præſentatum, ante examẽ de ſe habito, an dolus, vél malitia Epiſcopi præſumatur?

PRima concluſio: Epiſcopus quando repulit præſentatum nullo examine
1 de ſe habito, tunc eo ipſo doloſum Epiſcopi iudicium probatur, *gloſ.in c. bonæ, in verbo, in tanta diuiſione de poſtul.Prælat.glo.in cap.paſtoralis in verbo malitioſè de iure patronatus*, facit, *reg.id, quod noſtrum eſt de reg.iuris lib.6. Puteus dec. 82. lib.2.*

Limita primò, vt procedat ſupradicta concluſio, quando repulit Epiſcopus

pus præſentatum ante præſentationem ſecundi, eo enim caſu militat diſpoſito, *d. cap. paſtoralis, c. inter corporalia, & cap.*
2 *vltimo de immunit. Eccleſiar. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. c. 52. n. 21. Maſſobr. in prax. Epiſc. requiſit. 5. dub. 2. n. 42.*

3 Secus autem ſi repulit primum præſentatum poſt præſentationem ſecundi, quia cum laicis variatio ſit permiſſa, *c. cum autem de iure patronatus*, locus eſt gratificationi, dummodò ſecundus ſit æquè idoneus, *c. de cauſis. de off. deleg.* facit, *l. ſed ſi loci, la prima, ff. de precario, l. ſi ſtiechum, §. ſi decem, ff. de nouationibus, Lambertin. de iure patronatus lib. 2. par. 2. q. 7. art. 25.*

Niſi doloſè inſtitutio protelata fuit in primi præſentati odium, vel rancorẽ, *Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. n. 23. Gonzal. ad reg. Cancell. 8. glo. 4. n. 139.*

4 Hinc eſt, quòd quãdo dolus Epiſcopi non interuenit, & Epiſcopus ſuo arbitrio vtitur reſpectu gratificationis inſtitutio, & confirmatio, vitio carent, *Abb. in conſ. 59. par. 1.* fit enim lege permittente, *Archid. in c. qui peccat 14. q. 1.* facit, *l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniurijs, de Laurentijs deciſ. Auen. 86. n. 10.*

5 Et arbitrium, & gratificationem idẽ eſſe dixit, *Afflict. in c. 1. verſ. item habet arbitrium in titul. ex quibus cauſis feudum amittatur.*

Limita ſecundò, id, quòd dictum eſt:
6 procedere in beneficijs ſimplicibus, ſecus autem in vacatione Parochialium de iure patronatus laicorum, ſi ſunt plures præſentati, & omnes ſunt pares in vocibus natalibus, doctrina, & meritis, & ætate requiritur examen per concurſum, & non eſt locus gratificationis, *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. q. 5. n. 2. Garcia de benef. c. 2. n. 226.*

Et examen per concurſum fit inter
7 præſentatos tantùm, *Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 52. num. 151. Viuian. in prax. iuri patronatus lib. 10. c. 1. num. 59. Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 357. n. 51.*

Et Epiſcopus eligit, quẽ magis idoneum examinatores iudicauerint, *Barboſ. de off. Parochi cap. 2. num. 139.*

Declara, quòd ſi aliquis plures vo-
8 ces habet is ſolus examinandus eſt, & repertus idoneus inſtituendus eſt, *Salg. de protect. reg. c. 9. n. 224. Garcia de benef. cap. 2. num. 257. Barboſ. in d. tract. cap. 2. num. 139.*

S V M M A R I V M.

1 *Dignior ſemper eſt præferendus.*
2 *Dignitates, & honores, dignioribus ſunt conferendi.*
3 *In collationibus beneficiorum debet inſpici qualitas beneficij, & muneris exercendi, quia non ſolùm requiritur, quòd clericus ſit doctior, & ſanctior, ſed etiã in re familiari ſit ſagax induſtrius, & expertus.*
4 *Ex præſentatis ſi vnus eſt idoneus, & mediocri ſcientia præditus, attamen in re familiari eſt ſagacior, & expertior præferri debet doctiori, & ſanctiori, qui non eſt tam idoneus in re familiari.*

QVAESTIO XXXV.

An, & quando ex præſentatis vnus eſt alio dignior, & vota ſunt paria ſemper dignior ſit præferendus?

PRima concluſio: ex præſentatis ſi vnus eſt alio dignior, & vota ſunt pa-
1 ria, digniorem præferendum eſſe in beneficijs, *c. 3. iuncta glo. in verbo qui maioribus de iure patronatus, glo. in c. ſi plures 16. q. 7. & ſi fortè 63. diſtin. Guid. Pap. dec. 377. de Laurentijs deciſ. Auen. 145. n. 10. Io: Valer. de different. inter vtrumq. for. in verbo electio, diff. 2. n. 9.*

Ampliatur primò, dignitates, & honores, ſemper dignioribus eſſe conferẽ-
2 dos, *Tiraqu. in tract. de nobilit. in præfat. n. 175. Nauarr. in conſ. 21. de ſimonia, Felyn. in c. qua in Eccleſiarum n. 81. de conſtitutionibus.*

Ampliatur ſecundò, digniores ſemper præponẽdos, maximè in Parochialibus,

libus, & Curatis, facit, *l. ad ſubeunda, c. de decurionibus lib. 10. c. licet de electione Vaſq. in opuſcul. de benef. c. 2. § 3. num. 50. Alzed. de præſtant. Epiſc. dignit. par. 1. c. 3. num. 12.*

3 Limita primò, quia debet inſpici qualitas beneficij, & muneris, exercendi, *gl. in d. c. ſi plures, verſ. ſed ſi pares ſunt*, nam non ſolùm requiritur, quòd præſentatus ſit doctus, & ſanctior, ſed etiam in re familiari, curaque exercendo in temporalibus, imprudentia, prouidentia, & experientia ſit ſagax, induſtrius, & expertus, & habilior ad munus explicandum, facit, *l. 1. C. de decret. ab ordin. faciend. glo. in c. niſi cum pridem in verbo pro temporalibus de renunciatione, Nauarr. in conſ. 21. de ſimonia, Barboſ. de off. Parochi c. 2. num. 122.*

4 Limita ſecundò, ſi ex præſentatis vnus eſt idoneus, & mediocri ſcientia præditus, attamen in re familiari, curaque exercenda eſt ſagacior, expertior, & habilior ætate, moribus prudentia, & experientia præfertur doctiori, & ſanctiori, qui non eſt tam idoneus in temporalibus, & in familiari, curaque exercenda, *glo. in c. 1. de iure patronatus lib. 6.* facit, *tex. in l. ſi qua ſunt ff. famil. herciſcund. tex. in c. ſtatuimus de maioris. & obed. Barboſ. de off. Parochi c. 2. n. 122.*

SVMMARIVM.

1 Ex præſentatis ſi vnus eſt nobilis, & alter ignobilis, & vota ſunt paria nobilis præfertur.

2 In beneficijs, & in electionibus dignitatum nobiles cæteris præferuntur.

3 Nobilem, & literatum præferri literato tantùm.

4 In pœnis infligendis, ratio generis habenda eſt.

5 Nobilibus deferendum in honoris exhibitione, & ſalutatione, et in obtinenda beneficiorum multiplicatione, n. 6. & alia num. 7. 8. 9. & 10. vſque in finem.

QVAESTIO XXXVI.

An, & quando ex præſentatis vnus eſt nobilis, alter ignobilis, & vota ſunt paria, quis veniat præferendus?

1 PRima concluſio: ſi vnus ex præſentatis eſt nobilis, alter ignobilis, & cætera ſunt paria nobilis præfertur, *c. qui contra 24. q. 1. c. in teſtibus 4. q. 3. Aym. in conſ. 61. n. 36. Rvin. in conſ. 35. vol. 4. Guid. Pap. dec. 377. Felyn. in c. qua in Eccleſiarũ, n. 81. de conſtitutionibus.*

2 Ampliatur primò, in beneficijs, & in electionibus dignitatum ſpiritualiũ nobiles cæteris præferri, *Bald. in conſil. 189. in cauſa lib. 2. Simoncell. in tract. de decretis minor. in præfat. n. 83. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 15. de Franchis deciſ. 128.*

3 Ampliatur ſecundò, nobilem, & literatum, præferendum eſſe literato tantùm, *Nauarr. in conſ. 21. de ſimonia, Barboſ. de off. Parochi c. 2. 1. par. nu. 129. de Franchis deciſ. 207.*

4 Ampliatur tertiò, habendam eſſe rationem generis, & hoc etiam in pœnis infligendis, *l. cum quidam ff. de iure iurãdo, Caputaquen. deciſ. 154. n. 4. Reg. Tappia in Conſtitut. Regn. Maieſtate noſtra de Epiſc. aud. nu. 7. Amend. add. ad Præſ. de Franchis deciſ. 255. n. 16.*

5 Ampliatur quartò, in honoris exhibitione, & ſalutatione, & ſedis aſſignatione inter Iudices, deferendum eſſe nobilibus, *l. 2. de diuerſ. iud. offic. l. 3. vbi Senator, vel clariſſimis c. neceſſe, 3. q. 1. gloſ. in c. vltimo in verbo nobilitati de pœnis, gloſ. in c. ſtatuimus in verbo potiorẽ de maioris. & obed. de Franchis dec. 290.*

6 Ampliatur quintò, quantùm in beneficiorum obtinenda multiplicatione, deferendum eſt nobilibus, *cap. de multa §. vlt. de præbendis & dignitatibus, Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 66. Lambertin. de iure patronatus lib. 2. par. 3. quæſt. 2. art. 9.*

art. 9. Tiraquell. de pœnis temperand. cauſ.31. num.27.

Ampliatur ſextò, quantùm de facien-
7 da ipſis cæteris paribus electione, *cap. conſtitutis*, cum ibi notat per *glo. & DD. de appellationibus, glo. in c.1.21.q.1. Ludouic. deciſ. Luc.3. nu.25. Barboſ. de off. Parochi cap.2.1.par. num.130. Regens Rouit. in prag.1. de pœnis n.18.*

Ampliatur ſeptimò, quantùm etiam
8 in beneficiorum æquali diſtributione, *glo. in extrauag. execrabilis in verbo, qui mendicat de prabend. & dignit. Barboſ. in d. tract. par.1. c.2. n.131.*

Ampliatur octauò, etiam in bonorũ
9 vberi adminiſtratione, *l. filius, §. nec nũquam, ff. de donationibus, l. cum plures, §. tutor, ff. de adminiſtrat. tutor.* facit, *l. quaro, ff. de iure dotium.*

10 Ampliatur nonò, etiam in conſumptione, *glo. in extrau. execrabilis, in verbo generis claritatem de prabendis de Frãchis deciſ.228.*

SVMMARIVM.

1 Ex praſentatis, ſi vnus eſt ſenex, & alter iuuenis, cætera ſunt paria, ſenex praefertur.

2 Senes habentur in veneratione, quando cum ſenectute boni mores concurrunt.

3 Non atas, ſed spectata vita ſeniorẽ facit.

4 Scientia maior praſumitur ex rerum experientia.

5 Iuuenis, ſi habet plura beneficia, & ſenex eſt pauperior, ſenex praferri debet.

6 Iuuenis, ſi ſeniles habet mores, & probatos eſt praferendus.

QVÆSTIO XXXVII.

An, & quando ex præſentatis vnus eſt ſenior, alter iuuenis quis veniat præferendus?

EX præſentatis, ſi vnus eſt ſenior, & alter iuuenis, & cœtera ſunt paria, ſe-
1 nior præferri debet, *c. quam periculoſum 2.q.1. c. licet de voto, l. ſemper, ff. de fide inſtrum. l. vltima, cap. qui bonis cedere poſſunt, Tiraq. in tract. de nobilit. in praefat. nu.182. Barbos. de off. Parochi c.2.1.p. num.109.*

Nam ſenes habentur in veneratione,
2 *l. ſemper, ff. de iure immun. c. quid proderit 61. diſt. l.1. ff. de albo ſcribend. c.1. de maiorit. & obed.* & antiquior iuniori præfertur, *DD. in l. vinum, ff. ſi certum petatur, de Laurentijs dec. Auen.17. num.1. Barbat. in cons.23. n.14. Ruin. in cons.47. n.70. lib.1.*

Quando cum ſenectute boni mores, & vitæ probitas concurrunt, *c. conſtitutis de appellationibus, Menoch. de option. canon. c.2 n.2. Barboſ. de off. Parochi cap.2. par.1. n.119.*

Ratio eſt, quia non ætas, ſed boni
3 mores, & ſpectata vita ſeniorem faciũt, *glo. in l. ſacris in verbo non pro atate. C. de Sacroſanctis Eccleſijs, Gabriel. Roman. cõment. conclus. in tit. de teſtibus lib.1. concl.4. num.69. vers. primo limita, Viuian. Epiſcopus Sol. in tract. de iure patronatus lib.10. cap.1. num.124.*

4 Cuius rei ratio efficacior eſt, quia in ſeniore pręſumitur ſcientia maior, & rerum experientia, & inculpata vita, *cap. porrò 84. diſt. c. ſciendum 26.q.4. Lambertin. de iure patronatus par.2. lib.2. art.26. num.4.*

Et quando veritas eſt in contrarium ceſſat præſumptio, *Socc. in conſ.164. col.5. Aym. de antiquit. temp. p.1. n.11.* & plus operatur veritas, quàm præſumptio, *Crauett. in cons.39. n.4. Afflict. dec.44. n.9. Canalc. in tract. de tutor. & curat.1.p. n.182.*

5 Et hoc maximè procedit ſi iunior habet plura beneficia, & ſenex eſt pauperior, quia tunc ſenex eſt præferendus, *Canalc. decis.33.p.3. Amend. add. ad Praeſid. de Franch. dec.85. num.11. Lambertin. de iure patronatus lib.2. par.3. quaſt.5. art.3.*

6 Et ſi ſenior eſt culpatæ vitæ, & improbos habet mores, & iuuenis probatos mores habet præſerendus eſt, *add. ad Abbat. in cap. bona memoria de poſtul.*

Pra-

Prælat. Gabriel Roman.com. concluſ.in tit. de teſtibus lib.1. concluſ.4. n. 69. & probata vita ſenectus dicitur, *Decius in conſil.410.num.3.*

SVMMARIVM.

1 *Ex præſentatis ſi vnus eſt doctus, alter indoctus, vel minus doctus, & cætera sũt paria doctior præfertur.*

2 *Literatis viris Eccleſia Dei indiget, & ipſorum neceſſaria circa ſpiritualium adminiſtrationem.*

3 *Docti ſunt maioribus beneficijs honorãdi.*

4 *Bono communi cum doctrina prouidetur.*

5 *Docti ſecundum labores ſuo ſunt ad meliores gradus, & dignitates promouendi, & dantur duæ limitationes per authorem, num.7. & 8.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An ſi ex præſentatis vnus eſt doctos, alter indoctus, doctior præferatur in beneficijs?

EX præſentatis, ſi vnus eſt doctus, & alter indoctus; vel minus doctus, & cætera ſunt paria, doctior præfertur in be-
1 neficijs, *Barbat. in conſil.35. lib.2. & in conſ.57. add. ad Abbat. in c. bona in verbo circa hoc de poſtul. Prælat. Abb. in c. cum in cunctis, §. inferiora de electione, Barboſ. de off. Parochi c.2. par.1. n.114.*

Ratio eſt, quia literatis viris Eccleſia
2 Dei per maximè indiget, vt circumdata muro ineſpugnabili pugnatorum, & bellatorum, *c. ſuper ſpecul. ne Clerici, vel Monachi, Abb. in c. cum adeò de reſcriptis, Moneta de option canon. c.2. n.2.*

Ampliatur primò, ſcientiam neceſſariam eſſe circa ſpiritualium adminiſtrationem, *c. niſi cum pridem, §. pro defectu de renunciatione, Barbat. in conſ.23. vol.1. Cardinal. Alexand. in præludijs fund. diuiſ.10.*

3 Ampliatur ſecundò, doctiores nõ immeritò eſſe maioribus beneficijs honoribus, & officijs honorandos, *c. de multa, §. vltimo de præbend.* tanquam illi, qui publicis vtilitatibus deſu[...]runt, digni ſunt prouiſionibus, & dignitatibus, & honoribus honorandi, *Auth. habita, cap. ne filius pro patre.*

4 Ampliatur tertiò, cum doctrina prouideri bono communi, & vniuerſali, *Abbas in c. cum adeo de reſcriptis*, & ſine ſcientia mundum regi non poſſe, *Amend. add. ad Præſid. de Franchis 438. num.4.*

5 Et ob id ſecundum labores ſuos, ſunt ad meliores gradus, & honores, & dignitates promouendi, latè *Abb. in d. cap. de multa de præbendis.*

7 Limita primò, quia minus doctus præfertur doctiori, dummodò ſit idoneus, & eius mores approbati ætate, moribus, prudentia in Parochialibus, & Curatis, & mores Doctoris, vel doctioris ignorantur, *Garcia de benef. par.9. c. 20. n.21. Aloyſ. Ricc. in prax. deciſ.425. in 1. editione, Barboſ. de off. Parochi c.2. n.114. par.1. idem de off. & poteſtate Epiſcopi alleg. 60. num.102.*

8 Limita ſecundò, à fortiori, quando mores Doctoris ſunt improbi, & culpatæ vitæ; tunc minus doctus cum bonis moribus, & inculpata vita præfertur, *Aloyſ. Ricc. in prax. reſolut.362. nu.2. in 2. editione, Barboſ. in d. tract.1. p. n.142.*

SVMMARIVM.

1 *In collatione beneficiorum, & officiorum debet haberi reſpectus ad omnes qualitates extrinſecas: videlicet ad nobilitatem, ſcientiam, & dignitatem, & ad fidelitatem, conſcientiam, & experientiam, num.2.*

3 *Si magis idoneus, & doctior, proſternatur in collationibus beneficiorum, poteſt appellare ad ſuperiorem.*

4 *Arbitrium debet eſſe ſale diſcretionis conditum.*

5 *Quando abſque ſcandalo clericus etiã magis idoneus non poteſt inſtitui, & tunc ſi alter ex præſentatis eſſet minus idoneus, debet inſtitui, ſi nullum timetur ſcandalum, num.6.*

7 *Prop-*

7 *Propter ſcandalum imminens poteſt Papa beneficiatum, vel Prælatum priuare, ſed quando non crimen, ſed cauſa ſcandali euitandi adducis, tunc debetur de alio beneficio prouideri n.8.*

9 *Eccleſia quando indiget potentiori Prælato, vel beneficiato, tunc etiam minus idoneus debet inſtitui ſi eſt potentior, & locupletior, debet præferri ſi eccleſia eſſet grauata debitis, et quæ ſit ratio, n.10.*

11 *Ob bonum pacis etiam magis idoneus debet prætermitti, & ob publicam vtilitatem, & minus idoneus inſtitui.*

12 *Habens maiorem partem vocum, ſi eſt idoneus præfertur idoniori, qui non habet maiorem partem ſuffragiorum.*

QVAESTIO XXXIX.

An in collationibus beneficiorũ, & dignitatũ, ſi magis idoneus proſternetur, poſſit ad ſuperiorem appellare?

PRima concluſio: in collatione beneficiorum officiorum, & dignitatum, de-
1 bet haberi reſpectus ad omnes qualitates extrinſecas, videlicet ad nobilitatem, ſcientiam, & dignitatem, *l. 1. C. de decretis ab ordin. faciend. Tiraqu. in tract. de nobilit. c. 20. n. 10.*

Et in inſtitutionibus, & confirmationibus, *Viuian. in prax. iuris patron. lib. 10. c. 10. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 3. art. 9.*

Ampliatur primò, quia ſimiliter de-
2 bet haberi reſpectus ad fidelitatem, cõſcientiam, prudentiam, & experientiam, vt meliores, & doctiores ſemper præferantur, *Nicol. Garcias de benef. par. 9. c. 2. n. 21. Maſſobr. in prax. Epiſcopal. reſolut. 5. dub. 2. n. 9. Barboſ. de off. Parochi c. 2. par. 1. num. 96.*

Ampliatur ſecundò, vt ſi magis idoneus proſternetur, poteſt ad ſuperiorẽ
3 appellare. *Abb. in c. cum autem de iure patron. Salg. de protect. reg. tom. 1. p. 2. c. 13. num. 199.*

Quia hoc relinquitur arbitrio ſuperioris tanquam in bono viro, *Io. Valer. de different. vtriuſque fori in verbo electio different. 2.*

4 Ampliatur tertiò, nam arbitriũ in omnibus debet eſſe ſale diſcretionis conditum faciunt ea, quę habentur, *in cap. 2. de corpor. vitiat. l. fideicommiſſa, §. quamquã, ff. de leg. 2. Gonzal. ad reg. cancell 8. gloſ. 4. n. 112. Maſſobr. in prax. Epiſc. requiſit. 3. dub. 4. Campan. in diuerſ. iur. canon. dub. 12. cap. 13. num. 476.*

Limita primò, quando abſque ſcan-
5 dalo clericus etiam magis idoneus, & & doctior inſtitui non poteſt, quia tunc etiam ſi alter ex pręſentatis eſſet minus idoneus debet inſtitui, *cap. adepta de accuſationibus*, & magis idoneus prætermitti ſi timetur ſcandalum, *glo. in c. 3. in verbo ſine ſcandalo de iure patronatus, Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſ.*

6 Et minus idoneus debet inſtitui, ſi nullum timetur ſcandalum, *c. cum teneamur de præbendis, c. cum ex iniuncto de nou oper. nuntiat. Puteus deciſ. 326. num. 2. lib. 1.*

7 Hinc eſt, quòd propter ſcandalum imminens Papa poteſt beneficiatũ, vel Prælatum priuare, *arg. tex. in c. cum olim de clerie. coniug. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 3.*

Sed quando ad ſcandalum euitandũ,
8 ſed non crimen addducit, tenetur prælatus de alio cãbio prouidere, *Nauarr. in d. tract. §. 3. n. 25.*

9 Limita ſecundò, quando Eccleſia indiget potentiori Prælato, vel beneficiato, tunc etiam ſi alius eſt minus idoneus debet inſtitui, ſi eſt potentior, & dictior, & magis idoneus omitti.

10 Si eccleſia eſſet grauata debitis, & litibus, *c. conſtitutis*, & ibi *Abb. de appellationibus.*

Ratio eſt, quia magis conſulitur Eccleſiæ inſtituendo potẽtiorem, & ditiorem, vt poſſit eam defendere, nam opes, & diuitiæ neceſſariæ ſunt ad bonorum, & iurium ſpiritualium, & temporalium defenſionem, *Abb. in d. c. conſtitutus, Fernand.*

nand.in examin.theol.moral.p.4. §.*1.n.2. Barboſ.de off.Parochi par.1.c.2.*

11 Limita tertiò, ob bonum pacis, nam tunc etiam magis idoneus debet omitti, ſi perturbatio pacis timetur, *Roman.in conſ.335.col.fin.* & minus idoneus debet inſtitui ſi nulla timetur pacis conturbatio, *Felyn.in cap.Nihil de præſcriptionibus. Abb.in c.1.de Parochis, & alienis Parochianis.*

Limita quartò, ob publicam vtilitatem, *Innoc.in c.qua in Eccleſiarum col.5. de conſtitutionibus,* & tunc etiam minus idoneus debet inſtitui magis idoneo prætermiſſo, *Abb.in d.c.quæſitum de rer. permutatione, Gabriel.Roman.in trac.commun.concl.in tit.de iure quæſito non tollend. concl.1. de Franch. deciſ.* 590.*Barboſ. de off. Parochi c.2.n.*118.

12 Limita quintò, ſi maiorem partem vocum, & ſuffragiorum habet præſentatus, & eſt idoneus præfertur idoneo, qui non habet maiorem partem, *Couarr.variar.in tit.de reſtit.§.ſeptimo, n.6. Garcia de benef. cap.2. nu.257.Salgad. de protect.Regia c.9.n.124.*

LIBER

LIBER TERTIVS CANONICARVM QVAESTIONVM IVRIS PATRONATVS RESOLVTIONES

SVMMARIVM.

1 Pater non poteſt præiudicare filijs in iure patronatus libertorum, etiam ſi filij non ſunt hæredes patris, vel eius hæreditatem repudiauerint.
2 In ſimilibus idem ius ſtatui debet.
3 Filij, qui non ſunt hæredes patris, vel eius hæreditatem repudiauerint ius patronatus eccleſiaſticum retinere non poſſunt, & quæ ſit ratio, num. 4.
5 Ius patronatus in quoſcumque hæredes tranſit, & ſequitur hæreditatem, & ideò ad quoſcumque tranſit hæreditas, tranſit ius patronatus, n. 6.
7 Hæres cum defuncto vna perſona cenſetur.
8 Repudiata hæreditate per filios ius patronatus retinere non poſſunt.
9 Hæreditas non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari.
10 Adita hæreditate, & conſtito eſſe hæredem, poteſt præſentare ad beneficium vacans.
11 Non admittitur vti talis, niſi probet ſe eſſe talem.
12 Agnita bonorum poſſeſſione, & admiſſa, poterit bonorum poſſeſſor præſentare.
13 In bonorum poſſeſſorem trāsferuntur iura, & actiones vniuerſales.

QVÆSTIO I.

An filij repudiata hæreditate paterna poſſint ius patronatus retinere?

Controuertitur inter DD. an filij repudiata hæreditate paterna poſſint ius patronatus retinere.

Io: Andr. ſine gloſ. marginalis, incertos citat authores *in c. cum ſeculum de iure patronatus*, qui aſſerunt ius patronatus eccleſiaſticum ad filios, vti filios iure ſanguinis transferri, etiam ſi patris non ſint hæredes, vel eius hæreditatem repudiauerint, *l. filij, ff. de iure patronatus, l. 1. §. ſed & ſi, C. de latin. libert. tollend. glo. in c. conſiderandum in verbo cohæredes 16. q. 7.*

Sumunt argumentum, quòd ſicut pa-
1 ter non poteſt præiudicare filijs in iure patronatus libertorum, etiam ſi nō ſunt hæredes patris, vel eius hæreditatem repudiauerint, *vt in allegat. l. filij, & l. ſi patronus, ff. de bonis libertorum, l. vt iuris iurandi, §. 1. ff. de oper. libert.*

Etiam ſi patris bona publicantur, *l. eorum, ff. ad l. Iuliam, l. 3. ff. de interdictis*, idem dicendum eſt in iure patronatus
2 eccleſiaſtico, nam in ſimilibus idem ius debet ſtatui, *l. illud ff. de ritu nuptiarum, l. cum prætor, ff. de iudicijs, c. inter cæteras de reſcriptis, cap. translato de conſtitutioni-*

bus. l de quibus, ff. de legibus.

His tamen non obſtantibus contraria ſententia communi conſenſu recepta eſt, quòd filij, qui non ſunt hæredes
3 patris, vel eius hereditatem repudiauerint ius patronatus eccleſiaſticum, retinere non poſſunt, quàm ſententiam ſequuti ſunt, *Hoſtienſ. Abb. Felyn. & omnes in c. de iure patronatus, Guid. Pap. dec. 507. Cald. in conſ. 1. de iure patronatus.*
4 Ratione irrefragabili probatur, quia ſi ſolùm filij ſuccederent, in alium ius patronatus transferri non poſſunt, etiã cum vniuerſitate bonorum, cuius contrarium probatur *in d. c. cum ſeculum, & in c. illud de iure patronatus.*

Ampliatur primò, in quoſcumq; hæ-
5 redes etiam extraneos ius patronatus transferri, *gloſ. in c. conſiderandum 16. q. 7. Rot. apud Farinac. 1. par. dec. 126.*

Ratio eſt, quia materia eſt indifferẽs,
6 ergo tranſitoria ad omnes heredes, *l. ex facto, §. fin ff. ad trebell. Guid. Pap. dec. 250. Bart. in l. libertis, libertaq; ff. de oper. libert.*

Ampliatur ſecundò, quia ius patronatus ſequitur hæreditatem, ſicut canis ſequitur leporem, *Rochus Curtius in tr. de iure patronatus in verbo ipſe, vel is, à quo, q. 8.* & ideò ad quoſcumque hæredes transfertur cum Vniuerſitate bonorum, *c. de iure*, iuncta *glo. de iure patronatus, Dilectus de arte teſtand. in tit. de leg. cant. 15.*
7 Ratio eſt, quia hæres cum defuncto vna perſona cenſetur, *Auth. quod obtinet C. de probationibus, Federic. de Senis in conſ. 101. & in conſ. 106. Abb. in conſ. 85. par. 2.*
8 Ampliatur tertiò, repudiata hæreditate paterna, vel ſi patris non ſunt hæredes filij, non poſſunt ius patronatus retinere, *Calder. in conſ. 9. & 10. de iure patronatus, Rochus in d. tract. in verbo ipſe, vel is à quo q. 6. Lambert. de iure patronatus, lib. 1. q. 2. art. 3.*
9 Ratio eſt, quia hæreditas non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari, *Anania in conſ. 96. l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. Feder. de Senis in cõſ. 225.*

Ampliatur quartò, adita hæreditate,
10 & conſtito eſſe heredem vniuerſalem, & adiuiſſe hereditatem per teſtes legitimè examinatos, vel etiam per ſcripturas fidem facientes, vel per oſtenſionẽ præambuli poterit ad beneficium vacãtem præſentare, *Abb. in d. c. cum ſeculum, Guid. Pap. dec. 507. c. illud.* & ibi, *Felyn. de iure patronatus.*
11 Nam nõ admittitur vti talis, niſi probet ſe eſſe talem, *l. non ignoras, C. de his qui accuſſare poſſunt, Alexan. in conſ. 115. viſo puncto, vol. 2. Pariſ. in conſ. 115. lib. 2.*
12 Ampliatur quintò, agnita bonorum poſſeſſione, & admiſſa, bonorum poſſeſſor poterit præſentare, *Bellon. in §. quos autem in tit. de bonor. poſſeſſ. DD. in rubr. de ſucceſſ. edicto Amareli. præceptor meus in §. 1. de bonor. poſſeſſ. Moneta de opt. canonic. c. 5. n. 4.* quia in bonorum poſſeſſorem tranſeunt iura, & actiones, *Bellon. ibidem n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus tranſit ad hæredes extraneos, etiam quòd non ſunt immiſſi in poſſeſſionem bonorum, & quæ ſit ratio, num. 2.*
3 *Bonorum poſſeſſor dicitur hæres de iure prætorio.*
4 *In actu præſentationis oportet, quòd præſentans conſtet, quod ſit hæres.*
5 *Ius patronatus tranſit ad hæredes, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento.*
6 *Feudum tranſit cum Vniuerſitate bonorũ, & venit in petitione hæreditatis, & in reſtitutione fideicommiſſi, n. 7.*

QVÆSTIO II.

An, & quando in teſtamẽto ſunt inſtituti hæredes extranei, & nondum poſſeſſio bonorum non eſt apprehenſa, an ius patronatus transferatur?

Prima concluſio: ius patronatus, quãdo tranſit ad hæredes extraneos ex te-

teſtamento tranſit etiam, quòd nõ ſunt immiſſi in poſſeſſionem bonorum, *Bald. in l. 1.C.de edict.Dian.Adrian.tollẽd.Abbas in c. quod antẽ de iure patronatus,Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo ipſe, vel is, à quo q.10.*

2 Ratio eſt, quia in iuribus incorporalibus ſufficit habere ius, *c. ſi tibi abſenti de prabendis, Innoc.in cap.cum noſtris de conceſſ.prabend.* faciunt notata per *Cyn. in l.monumenta,C.de legatis, Rochus in d. tract. in d.verbo ipſe,vel is, à quo qu. 10. Gabriel Roman.comm.concl.in tit.de empt. & vend.concl.3.n.33.*

3 Ampliatur primò, tranſire ius patronatus etiam in bonorum poſſeſſorem, *Feder.de Senis in conſ.221.* quia bonorũ poſſeſſor dicitur hęres de iure prætorio, *§.ſi quos inſtitut. de bonor.poſſeſſ. Io: Leonard. Amarellus dominus, & praceptor meus, in d.§.ſi quis,Rot.Genuenſ.dec.33.*

4 Tamen in actu præſentationis oportet, quòd ſit hæres, *Bald.in l.per diuerſas n.14.C.mandati, Cenc.in tract. de cenſibus par.2.c.2 art.6.n.13.Boerius dec.10. num.13.*

5 Ampliatur ſecundò, tranſire ius patronatus ad hæredes vniuerſales tam ex teſtamento, quàm inteſtato, *c. cum ſeculum,* iuncta *glo.de iure patron.Curtius iunior in conſ.5.nu.6. Franc.Marcus deciſ. 1037.Calder.in cons.10.de iure patr.*

6 Ampliatur tertiò, feudum tranſire cũ Vniuerſitate bonorum, *Alex.in conſ.18. lib.1.* & venire in petitione hæreditatis, notant *Feudiſta in c.1.an agnatus,vel filius, Abbas in cons.3.par.2.Camerari in c. 1.de ſucceſſ.feud.n.67.*

7 Et propterea venire in reſtitutione fideicommiſſi, vt quid hæreditarium, *l.cum à matre,* C.*de rei vendic. Aluar. in c.generali ſi de feud.fuerit cõtrouerſia, Ant. Capyc.dec.3.n.4.Regens Reuti in rubr.de feudis in comment.ad prag.de feudis,n.18. idem in prag.4.de feudis n.104.*

S V M M A R I V M.

1 Iuris patronatus conceſſio, quando facta eſt pro acquirente, & poſteris ſimpliciter, tunc tranſit ad filios, & filijs deficientibus ad proximos agnatos, abſque qualitate hareditaria, n.2.

3 Quacumque acquiruntur ſeparato iure ab hareditatis aditione, non requirunt eius aditionem.

4 Quando ius patronatus conceſſum eſt patri, & nominatim filio, ſi filius fuit admiſſus ad praſentationem cum patre, aſſumit naturam donationis in fauorem filij, & poſt mortem patris conſolidatur in perſonam filij, n.5.

QVAESTIO III.

An, & quando iuris patronatus conceſſio facta eſt pro acquirente, & poſteris ſimpliciter ſit neceſſaria qualitas hæreditaria?

PRima concluſio: iuris patronatus cõceſſio, quando eſt facta pro acquirente, & poſteris ſimpliciter, tunc trã-
1 ſit in poſteros ex pacto, & Prælati concedentis prouidentia abſque qualitate hæreditaria titulo ſingulari filijs, & poſteris prouiſo, *l ſi arrogator.ff.de adoptionibus,l.quia perindè, ff. ad Senat.Conſult. trebell.Tiraq.in tract. de nobilit. cap.36. nu.40. Dilectus de arte teſtand. cautel.10. tit.vndecimo, num.1.*

2 Ratio eſt, quia aliundè venit, quàm ex teſtamento, *Cardinal.Alexand.in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ.feud. Ancharan.in conſ.81.viſo themate,Bald.in l. 1.per quas perſonas nobis acquiritur, Ludouic.dec.66. n.4.Roland.de lucro dotis qu.43.Pariſius in conſ.36.n.17.lib.3.*

3 Hinc eſt, quòd quæcumque acquiruntur ſeparato iure ab aditione hæreditatis, non requirunt eius aditionem, *l.pro harede, §.Papinianus, ff.de acquir.*[illegible] *haredit.*

Et transfertur ad filios, etiam ſi non ſunt hæredes patris, vel eius hæ[illegible]tatem repudiauerint, *Iaſon in l. quod dicitur,n.29.de verb. obligat. Clarus lib. 4.*

ſen-

ſententiarum, §. *emphiteuſis q.32.*

Et conceſſio huiuſmodi aſſumit naturam donationis inter viuos in fauorẽ filiorum, & poſterorum, *l.filia.C.famil. herciſcunda,Bald.in auth.ſi quas ruinas,C. de Sacroſanctis Eccleſijs.*

Et cenſetur huiuſmodi donatio ſuſpenſa durante vita patris ordine ſucceſſiuo, ideſt poſt mortem patris filij recipere, *l.gallus,§.1.de lib.& poſthumis, Salicet.in l.2.col.2.verſ.quæro,C. de iure emphiteutico, Iaſon in l.2.n.181.C.eod.*

Et tranſit in contractum in fauorem filiorum, & poſterorum, *Bald.in l.vt iuris iurand.§.1.ff.de oper. libert. Roman.in conſ.48.n.4. vol.1.*

Ampliatur primò, in iure patronatus conceſſo patri, & nominatim filio, quia
4 in hoc caſu filius in vita patris ſi fuit admiſſus ad præſentationem cũ patre, aſſumit ſimiliter huiuſmodi conceſſio naturam donationis inter viuos in fauorem filij, quæ ampliatio deducitur ex his, quę habentur *in dict. l.quod dicitur de verb. obligat. & in d.l.gallus de lib.& poſthum.*

5 Ampliatur ſecundò, poſt patris mortem conſolidari ius patronatus in perſonam filij, & poteſt retinere abſque qualitate hæreditaria, *Card.Alex.in c.1. de ſucceſſ.feud.Calderin.in conſ.vlt. de iure patronatus,Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo, quod de diœceſani conſenſu qu.7.verſ.& in iſtis terminis.*

SVMMARIVM.

1 *Quando à patre in vitam filiorum, vel in aliquem ex filijs fuit ſpecialiter conceſſum, vel donatũ ius patronatus poſt patris mortẽ filij, poſſunt retinere abſque qualitate hæreditaria.*

2 *Donatione, conceſſione, & ceſſione ius patronatus transfertur, & conſuetudo, quando extat, quòd primogenitus ſuccedat in iure patronatus, tunc ſuccedit filius, vti filius, etiam quòd non ſit hæres patris, vel eius hæreditatem repudiauerint.*

3 *Ius patronatus transfertur in primogenitum ex potentia conſuetudinis.*

4 *Conſuetudo, quòd primogenitus ſuccedat in iure patronatus rationabilis eſt, quia melius conſulitur Eccleſia ad euitandas patronorum diſcordias, quas ſæpè communio parit.*

5 *Eccleſia rectius per vnum, quàm per plures gubernatur.*

6 *Conſuetudo vincit legem.*

7 *Emphiteuſis, quæ ex genere eſt poteſt illam retinere filius, & hæreditatẽ repudiare.*

8 *Pater non poteſt priuare filium regno cum id habeat filius ex genere.*

9 *Princeps ſi alicui, & ſuis liberis nobilitatẽ conceſſerit, tunc ipſe pater, nec alius poteſt præiudicare nobilitati filiorum, quã ex Principis liberalitate, liberi habuerũt.*

10 *Feudum conceſſum alicui ex ſuis liberis, non poteſt pater renunciare in præiudicium liberorum.*

QVÆSTIO IV.

An, & quãdo ius patronatus fuit à patre in vitam filiorum, vel in aliquem ex filijs ſpecialiter conceſſum, vel donatum, an poſſint retinere abſque qualitate hæreditaria?

PRima concluſio: ius patronatus quãdo in vitam filiorum, vel in aliquem
1 ex filijs fuit ſpecialiter à patre ceſſum, vel donatum poſt mortem patris, poſſunt filij retinere abſque qualitate hæreditaria, *Archid.in c.1.de iure patronatus lib.6.glo.in c.piæ mentis 16.q.7.*

2 Et tunc transfertur ex donatione, ceſſione, quibus modis ſpecificè transfertur, *Calder.in conſ. vltimo de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ipſe, vel is à quo q.7.*

Ampliatur primò, quando extat cõſuetudo, vt primogenitus ſuccedat in iure patronatus, quia tunc ſuccedit filius, vti filius, etiam ſi non ſit hæres patris, vel eius hæreditatem repudiauerit, *glo.in c.1.de iure patronatus lib.6.Nauarr. in conſ.42.num.11. de ſent. excommunic. lib.5.*

lib.5.Ruding.variar. lect. feud.c.15.n.8.
Ampliatur ſecundò, transferri ius patronatus ad primogenitum ex prouidẽ-
3 tia conſuetudinis, *Bald.in conſ. 121. incipit à capite incheantes lib.3.* & vocatur beneficio naturæ non iure hæreditario, *Cardin. Alex.in cap.1. ſi de feudo fuerit controuerſia, & in cap.1 de feud. Marchiæ.*
Ratio eſt, quia conſuetudo rationabilis eſt, nam melius conſulitur Eccle-
4 ſiæ ad euitandum patronorum diſcordias, quas ſæpè communio parit, *l.pater, §. dulciſsimis, ff. de leg.2.*
5 Et rectiùs per vnum, quã per plures Eccleſia gubernatur, *Alex. in conſ.21. vol.1.Ruding.variar.lect.feud.c.51.nu.2. cum ſequentibus.*
6 Hinc eſt, quòd conſuetudo vincit legem. *l.ſi fundus, ff. de euictionum, Roman. in conſ.368.* incipit præſens conſultatio, & negligitur, quòd communiter poſſidetur, *l.2. C. quando, & quibus, Ruding. lib.1. variar.lect.feud.c.38.n.18.*
Ampliatur tertiò in emphiteuſi, quæ
7 ex genere eſt, nam illam poteſt retinere filius, & repudiare hæreditatem paternam, *Bald.in auth. ſi quas ruinas col.4. C. de Sacroſanctis Eccleſiys.*
Ampliatur quartò, patrem Regẽ nõ
8 poſſe filium priuare regno, cum id habeat ex genere, *Alber. in proœmio ff. ff.* latè, *Tiraqu.in tract.retract.tit.1.glo.6. n.27.idem in tract.de nobilit.c.35.n.5.*
9 Ampliatur quintò, in Principe, qui ſi nobilitatem alicui, & ſuis liberis conceſſit, nam nec ipſe pater, nec alius poteſt præiudicare nobilitati filiorum, quã ab eo non habuerunt, ſed à Principis liberalitate, & prouidentia, *Paul. de Caſtro in l. apud Iulianum, §. ſi quis alteri, ff. de leg.1.*
Et tunc etiam repudiata hæreditate paterna retinent nobilitatem, *Tiraqu. in d.tract.de nobilit.c.35.n.6.* cũ alijs authoritatibus per eũ more ſito congeſtis.
Ampliatur ſextò in feudo conceſſo alicui, & ſuis liberis, cui non poteſt pa-
10 ter renunciare in præiudicium liberorum, quibus Princeps id conceſſit, *Bal. in l.1. per quas perſonas nobis acquiritur,* latè *Tiraquell.in d. tract. cap.35. nu.60. cum ſequentibus.*

SVMMARIVM.

1 Ius patronatus transfertur cum vniuerſitate bonorum, & participat de temporalitate, n.2. & transfertur ſucceſsione, & donatione, n.3.
4 Donatio iuris patronatus facta eccleſiaſticis, non requiritur Epiſcopi conſenſus.
5 Ius patronatus transfertur per mutatione, & in permutatione requiritur Epiſcopi conſenſus, n.6.
7 Ius patronatus transfertur ex cauſa legati in vltima voluntate, & poteſt vni ex hæredibus legari, vel primogenito, num.8.

QVAESTIO V.

An, & quando ius patronatus transfertur de vno in alium, requiratur Epiſcopi conſenſus?

PLuribus modis transfertur ius patronatus de vno in alium primò trans-
1 fertur cum alienatione bonorum Vniuerſitatis, *c.ex literis, & de iure patronatus, Bald.in rubr.de contrahend.empt. idẽ in conſ.1.lib.1.*
Ratio eſt, quia ius patronatus parti-
2 cipa de temporalitate, *glo.in c. pia mentis 16.q.7.* aliàs, ſi eſſet mærum ius ſpirituale non tranſiret, *Bald.in conſ.6. de iure patronatus,* & in hoc caſu non requiritur Epiſcopi conſenſus, *Rota diuerſ. 385.1.p.Aloyſ.Ricc.dec.224. 1.par. nu.2. de Franchis dec.85.n.4.*
Secundò transfertur ſucceſſione, *cap.*
3 *nemini regum, 16.qu. vltima, Decius in conſ.189.col.1.Caſſad.deciſ.6.de iure patronatus,* & in hoc neque requiritur Epiſcopi conſenſus, *Rot.in allegat. deciſ.385. Ricc. in dict. deciſ. 224.prim. par.*
Tertiò transfertur donatione, quæ ſi fit

fit laicis, tunc Epiſcopi cõſenſus eſt ne-
ceſſarius, *Cald.in alleg.conſ.6.de iure pa-*
tronat. & poteſt interuenire ſiuè ante, ſi-
ue poſteà, *c.cura,* & ibi *Abb.de iure pa-*
tronatus non autẽ, quando fit eccleſia-
4 ſticis, quia tunc nõ eſt neceſſarius Epi-
ſcopi conſenſus, *cap.1. de iure patrona-*
tus lib.6. Calder.in conſ.1. de off. ordinar.
Thorus add.ad Tiraq.in tract.de priuileg.
cauſ.pia priuileg.69.

Quartò, transfertur permutatione,
5 *16.q.vltim.Cardin. in clem. plures de iure*
patronatus, Molin. de Hiſpan.primogenit.
lib.1.c.7.Verall.deciſ. 181.p.2.
6 . Et in permutatione requiritur Epi-
ſcopi conſenſus, *Ludouic.com. concluſ. in*
tit. de iure patronatus concl. vltim.verſ.
amplia 3.

Quintò, transfertur ex cauſa legati in
7 vltima voluntate, *Archiad.in c.1. de iure*
patronatus lib. 6. etiam in præiudicium
legitimorum hæredum, ita vt nulla cõ-
petat quærela inofficioſæ donationis,
Calder.in dict.conſ.1.de off.ordinar.Iacob.
Sbrozz. de off.Vic.q.31.lib.2. Viuius com.
opin.217.n.6.
8 Et poteſt vni ex hæredibus, vel pri-
mogenito legari in præiudicium aliorũ,
Couarr.variar.reſolut.lib.2. c.17.num.8.
& magis conſulitur Eccleſiæ ad euitan-
dum patronorum diſcordias, quas ſæ-
pè communio parit, *l.peto,§. dul.ciſſimis,*
ff.de leg.2.

Etan ſit neceſſarius Epiſcopi conſen-
ſus, quando transfertur ex cauſa legati
ĩn legatarium, videbimus in ſequenti
quęſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Ius patronatus, quãdo ex cauſa legati trãſ-*
fertur in vltima voluntate, debet Ordi-
nary conſenſus interuenire.
2 *Conſenſus in legato iuriſpatronatus poteſt*
interuenire antea, & poſtea, & ſiue
mortuo, ſiue viuo teſtatore.
3 *Federic.de Senis, & ſequaces dicunt in le-*
gato iuris patronatus, etiam ſi fiat laico
Epiſcopi conſenſ. non requiritur.
4 *Legatarius dicitur aliquo modo ſucceſſor.*
5 *Legatarius iuris patronatus ad euitandum*
opinionum conflictum, debet Ordinary
conſenſum impetrare.
6 *Per ſubſequentem Ordinary conſenſum le-*
gatum iuris patronatus validatur.
7 *Quando aliquid ex conſenſus defectu eſt*
nullum, illo ſuperueniente validatur, &
hoc maximè procedit quando conſenſus
non requiritur certo, & limitato tem-
pore.
8 *Ius patronatus plus habet temporalitatis,*
quàm ſpiritualitatis.
9 *Conſenſus, quando non requiritur in modũ*
ſolemnitatis, & forma validus eſt quã-
documque accedit.
10 *Conſenſus dicitur actus voluntarius, &*
voluntariæ iuriſdictionis, qui etiã poſt
contractum interuenire poteſt.
11 *Legatum iuris patronatus, validum eſt à*
die legati, & quã ſit ratia, n.12.
13 *Acta facta per procuratorem carentem*
mandato per mandatum ſuperuenientẽ
acta validantur, & idem in alienante
rem alienam, quia per ſuperuenientem
domini mandatum valida eſt, n.14.
15 *Minor alienans rem abſque decreto po-*
teſt cauſa cognita decretũ ſubſequi alie-
nationem, & venditionem.

QVÆSTIO VI.

An, & quando transfertur ius patronatus ex cauſa legati in vltima voluntate debent Epiſcopi conſenſus cõtrauenire?

QVando ius patronatus transfertur
ex cauſa legati in vltima volunta-
te debet Ordinarij conſenſus in-
1 teruenire, *glo.in c.nullus in verbo confe-*
rat de iure patronatus, & poteſt interue-
nire, ſiue ante, ſiue poſt legatum, ſiue
2 mortuo, ſiue viuo teſtatore, *c.cura,* &
ibi *glo.in verb. legitimè de iure patrona-*
tus, Verall.deciſ.144. vol.2. Viuius deciſ.
130. Aloyſ.Ricc.dec.224.prim.par.num.1.
Regens de Marinis reſolut. quotid. lib.3.
cap.27.num.7.

3 Licet *Federic. de Senis in conſ.*224. & ſequaces contẽdant in legato iuris patronatus, etiam ſi fiat laico Ordinarij conſenſum non requiri ea ratione, quia iura indiſtinctè loquuntur, quòd ſucceſſione transfertur, *cap. ex literis de iure patronatus.*

4 Et legatarius dicitur largo modo ſucceſſor, *Bart. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtamento,* dum non diſtinguit inter legatum, & hæreditatem, nec nos diſtinguere debemus, *c. ſolitè de maiorit. & obed. c. ad audientiam de decimis.*

Et legatarius dicitur largo modo ſaltem hæres impropriè, *Galter. de liquid. inſtrument. 1. p. 2. par. fol.* 93.

Tamen legatarius ad euitandũ opi-
5 nionum conflictum Ordinarij aſſenſum impetrare debet, ſiue ante, ſiue poſtea legatum, ſiue viuo, ſiue mortuo teſtatore, quia per ſuperuenientem Ordina-
6 rij conſenſum legatum validatur, *Bellamera deciſ.* 563. *Boerius deciſ.* 345. *Guid. Pap. deciſ.* 13. *Regens de Marinis reſolut. quotid. lib.* 2. *cap.* 23. citat. *n.* 7. 8.

Ampliatur primò, quando aliquid ex
7 ex conſenſus defectu eſt nullum, illo ſuperueniente validatur per ratihabitionem, *c. ratihabitionem de reg. iuris lib. 6. l. fin. ff. ad Senat. Conſult. Macedon. gloſ. in c. 1. in verbo cõſentientibus in tit. an agnatus, vel filius poſſit retinere feud. repud. hereditat.* facit, *cap. ſuggeſtum,* iũcta *gloſ. in verbo ſubſequutus de iure patronatus, Moneta de opt. can. cap. 4. n. 58. Rot. dec. 17. de iure patronatus, Regens de Marinis reſol. quot. lib. 1. c. 223. n. 7.*

Ampliatur ſecundò, maximè procedere, vbi conſenſus non requiritur certo, & limitato tempore, *Bald. in conſ.* 22. *lib.* 4. & ad idem expenditur, *textus in l. quid ergo ff. de ijs, qui notant infamia,* quẽ textus latè exornat, *Bart. in l. quicumque, C. de bonis quæ liberis, Guid. Pap. dec.* 374. *num.* 12.

8 Ampliatur tertiò, nam ius patronatus plus habet temporalitatis, quàm ſpiritualitatis, *glo. in cap. pia mentis, in verbo pia mentis* 16. *q.* 7. & ob id ſufficit, vt actus valeat certo reſpectu, vt firmetur ex iure ſpirituali ſuperueniente ex conſenſu Epiſcopi, *Bellug. in ſpecul. princip. rubr.* 20. *n.* 8. *Magon. deciſ. Luc.* 6. *n.* 21. *Nauarr. in conſ.* 2. *num.* 18. *de iure patronatus lib.* 3.

Ampliatur quartò, quando conſenſus, de cuius præiudicio tractatur inter-
9 uenit etiam poſt actum, & non requiritur in modum ſolẽnitatis, & formę validus eſt, *l. filio præterito, ff. de iniuſto irrito, que teſtamento, Aym. de antiquit. temp. in q. de indegnit. mulier. n.* 12. *Rouit. in prag.* 1. *nu.* 12. *de ordin. iudicior. Viuian. in praxi c.* 1. *n.* 28. & 29.

Ampliatur quintò, quandocumque
10 conſenſus accedit validus eſt, *l. impubes in fine, ff. de Carbon. edicto. c. propoſuit de coniug. lepro. ſ. c. cum vos de ijs, quæ fiunt à maiori par. capit.*

Ampliatur ſextò, accedente conſenſu, ſiue in vita, ſiue poſt mortem legatarij legatum iuris patronatus validum eſt, *c. paſtoralis de donationibus, Bellug. in ſpecul. princip. rub.* 22. *n.* 28.

Ratio eſt, quia conſenſus dicitur actus voluntariæ iuriſdictionis, qui etiam poſt contractũ interueuire poteſt, *Guid. Pap. deciſ.* 374. referens ita bis deciſum, *Aloyſ. Ricc. dec.* 6. & *in deciſ.* 224. *Reg. Rou. in prag.* 26. *de feudis, n.* 14.

Ampliatur ſeptimò, validum eſſe legatum iuris patronatus à die lgati prop-
11 ter legati fauorem, *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ipſe, vel*
12 *it, à que q.* 7. ac etiam propter mixturã temporalitatiś, *gloſ. elegant in cap.* 1. *An agnatus, vel filius repud. hæred. patern. in verbo conſentientibus, Aloyſ. Ricc. deciſ.* 22. *prim. par. nu.* 10. *Guid. Pap. dec.* 320. *n.* 2.

Ampliatur octauò, idem in actis facti per procuratorem carentem manda-
13 to, quia per ſuperuenientem mandatũ acta validantur, *Afflict. deciſ.* 180. *Gabriel Roman. comm. concluſ. in tit. de procuratoribus concl.* 4. *n.* 2. *Regens Rouit. in rub. de procuratoribus, num.* 29. *in comment. ad prag. Regia.*

Ampliatur nonò, idem in alienante rem alienam, quia per ſuperuenientem
14 domini mandatum, valida eſt alienatio,

De Laurentijs deciſ. Auen. 19. Monet. de optiom. canon. c. 4. n. 59. Guid. Pap. dec. 320. num. 3.

15 Ampliatur decimò, idem in minore alienante rem abſque decreto, nam poteſt decretum cauſa cognita antecedere, & ſubſequi alienationem ex dictis, per *Alexand. in apoſtil. ad Bart. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquirend. hæredit. de Franchis deciſ. 242. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Quando per ſtatutum defertur ius patronatus, veluti ſi ſtatutum dicat, quod ius patronatus deferatur ad filios, & filijs deficientibus ad proximos agnatos, tunc etiam, quod filij non ſunt hæredes, patris, ius patronatus tranſit ad filios, & filijs deficientibus ad proximos agnatos, num. 2.*

3 *Agnatus proximior remotiorem excludit in iure patronatus.*

4 *Statutum, ſi dicat, & vtatur verbis ſuccedat, vel pertineat, aut patronatus ad filios tranſit, vti filios) licet aliter ſit in ſucceſsione bonorum.*

5 *Iuri ſanguinis, & agnationi in iure patronatus ſemper fauendum eſt.*

6 *Familia claritudo demonſtratur ex antiquitate iuris patronatus.*

7 *Vnuſquiſque cenſetur ambire conſeruationem honoris ſuæ familiæ.*

QVÆSTIO VII.

An, & quando per ſtatutum defertur ius patronatus ad filios, & filijs deficientibus ad proximos agnatos ſit neceſſaria qualitas hæreditaria?

PRima concluſio: ius patronatus quando per ſtatutum defertur, veluti ſi ſtatutum dicat, quòd ius patronatus deferatur ad filios, & ad proximiores agnatos filij deficientibus, tunc etiam ſi filij non ſunt hæredes patris, vel eius hæreditatem repudiauerint.

2 Ius patronatus defertur ad filios ordine ſucceſſiuo, primò ad filios, & filijs deficiẽtibus ad proximos agnatos, *Paul. de Caſtro in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrimonio, Ancharan. in conſ. 27.*

3 Ita vt proximior agnatus, remotiorẽ excludit, *l. cum ita legatur, §. ex fideicommiſſo, ff. de leg. 2. l. fin. ff. de verb. ſignif. Barbat. in cõſ. 87. n. 5. Ruding. lib. 1. variar. lect. feud. cap. 51. n. 1.*

Ampliatur primò, etiam ſi ſtatutum
4 dicat, & vtatur verbis ſuccedat, vel pertineat, quia ſuccedunt filij, vt filij in iure patronatus; licet aliter ſit in ſucceſſione bonorum, quia non impeditur libera voluntas teſtandi, *l. 1. §. largius, ff. de ſucceſſ. edicto.*

Ampliatur ſecundò, vt ſemper reſpectu iuris patronatus agnationi, & iu-
5 ri ſanguinis fauendum ſit potius quàm extraneis, *Decius in conſ. 385.*

6 Ea ratione, quia ex antiquitate iuris patronatus demonſtratur claritudo familiæ, *l. 2. §. fin. de collat. bon. l. ſeruus, §. ſi id ff. de leg. 1. Regens Reuer. in comm. ad prag. in rub. de feudis, n. 27.*

7 Ampliatur tertiò, fauendum eſſe ſẽper agnationi, ne ius patronatus exeat de familia, ſtante illa præſumptione veriſſima, qua creditur vnumquemq; ambire conſeruationem honoris ſuæ familiæ, *Mantica de coniecturis lib. 1. tit. 15. Horatius Viſconti add. ad Præſid. de Franchis dec. 638.*

Nam ius patronatus honor eſt, *c. nobis de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum, qu. 1. Regens Reuer. in rubr. de feudis, num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *In fundatione iuris patronatus ſi fuit expreſsè prouiſum, quòd ius patronatus nõ tranſiret in extraneos, ſed in filios, & agnatos, tunc transfertur abſque qualitate hæreditaria, quia dicitur ius patronatus familiare.*

2 *Bona, quando ſunt adiudicata creditoribus*

bus ius patronatus tranſit ad filios, & filijs deficientibus ad proximos agnatos.
3 *Congruentius eſt, quòd quòad honores, & dignitates iura remaneant illæſa filijs.*
4 *Ius patronatus, quando eſt familiare, tunc nullus poteſt præiudicare illis, qui ſunt de genere, & familia fundatoris.*

QVÆSTIO VIII.

An, & quando fuit in fundatione expreſsè prouiſum, quòd ius patronatus non tranſiret in extraneos, ſed in filios, & in agnatos, ſit neceſſaria qualitas hæreditaria?

PRima concluſio: ius patronatus, quãdo expreſsè fuit in fundatione pro-
1 uiſum, quòd non tranſiret in extraneos, ſed ad filios, & agnatos, tunc trãſfertur abſq; qualitate hæreditaria, *l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. glo. marginalis in cap. vnico de iure patronatus lib. 6.* facit, *l. Imperator, ff. de fideicom. libert. Grammat. deciſ. 105.*

Quia tunc dicitur ius patronatus familiare, *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ipſe, vel is, à quo qu. 8. Cardinal. Alexand. in c. 1. de ſucceſſ. feud.* Socc. *iunior in conſ. 77. nu. 18. lib. 2. Arius de bonis mater. fol. 20. n. 26.* conferũt tradita per *Regentem Rouit. in comment. ad rubr. de feud. num. 26. Doctiſſimus* Caponus *in tract. de pactis, & ſtipulationibus, diſp. 6. de cauſ. final. ſtipulat. n. 5.*

Ampliatur primò, quando bona ſũt adjudicata creditoribus ius patronatus
2 tranſit ad filios, & filijs deficientibus ad proximos aguatos, non autem in creditores, *c. cum Bertoldus,* iuncta *gloſ. in verbo patrono de re iudicata, Cardinal. in c. ex literis q. 11. de iure patronatus, Paul. de Eleax. in conſ. 10. de iure patronatus.*

Ampliatur ſecundò, quia congruentius eſt, quòad honores, & dignitates
3 iura tranſeant ad filios, *l. Paulus, la ſecõda, ff. de bonis libertorum, gloſ. in l. quia perindè, §. reſtituta, ff. ad trebell. Anton. Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. in tit. de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur, Mantica de coniecturis lib. 6. tit. 15. Reg. Rouit. in comm. ad prag. de feud. in rub. num. 26. & 27.*

Ampliatur tertiò, quando ius patronatus eſt familiare, nam tunc nemo po-
4 teſt prçiudicare illis, qui ſunt de genere, & familia fundatoris iuris patronatus, *And. de Iſernia in c. 1. de ſucceſſ. feud.* & remanent iura illæſa agnatis proximioribus, *Cardin. in d. c. ex literis qu. 11. Tiraquell. de iure primigen. q. 38.* idem in *tract. de nobilit. cap. 36. nu. 4.* facit, quòd notat *Gram. dec. 105.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus, quando habet conſortem in iure patronatus, & delinquit, & bona publicantur portio delinquẽtis alteri compatrono accreſcit, & non tranſit in fiſcũ.*
2 *Ius patronatus quando eſt antiquum, & gentilitium alijs deſcendentibus in iure patronatus à fundatore, nullus poteſt præiudicare illis, qui ſunt de genere, & familia fundatoris, nec in alium transferri in præiudicium aliorum deſcendẽtium, & non tranſit in fiſcum, n. 3.*
4 *Ius accreſcendi habet locum in iure patronatus.*
5 *Vbi agitur de iure accreſcendi, accreſcit portio portioni.*
6 *In indiuiduis habet locum ius accreſcendi, etiam in contractibus.*

QVAESTIO IX.

An, & quando patronus habet cõſortem in iure patronatus, & delinquit, ius patronatus, an tranſeat in conſortem, vel ad fiſcum?

PRima concluſio: patronus quando habet conſòrtem in iure patronatus, &
1 delinquit, & bona publicantur patroni

delinquentis, ius, quod habet in iure patronatus alteri cõſorti, vel compatrono accreſcit per ius non decreſcẽdi, *c.1.§.hoc quoque*, & ibi *And. de Iſernia de ſucceſſ. feud. Paul. de Caſtro in conſ.66.* incipit *circa, id quod quæritur, Ruding. variar. lect. feud. c.51.n.7. Barboſ. de offic. Parochi c.26.n.39.*

Ampliatur primò, quia portio delinquentis non tranſit in fiſcum, *Decius in conſ.326. Vrſill. add. ad Afflict. deciſ.282. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ius q.6.*

Ampliatur ſecundò, vt nec etiam in delinquentis vita, *Alexan. in conſ.23. c. opportunè lib.6. Ruding. variar. lect. feud. cap.51.n.3.* faciunt ea, quæ notat *Iulius Clarus lib.4.§.feudum q.77. Dominus Iulius Caponius in tract. de pactis, & ſtipulationibus, vbi ſup.*

Ampliatur tertiò: in iure patronatus
antiquo, & gẽtilitio, quia alijs deſcendẽ-
2 tibus in iure patronatus à fundatore,
nullus poteſt præiudicare illis, qui ſunt de genere, & familia fundatoris, *l. cum pater, §.libertus, ff. de leg.2. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ius q.6. Alciat. in conſ.527.n.7. Tartal. in prax. crim. c.17.n.11. Reg. Rouit in pragm. de feud. n.100. & ſeq.*

Ampliatur quartò, nec alium transferri in præiudicium aliorum deſcen-
dentium, quando ius patronatus ab an-
3 tiquioribus deſcendit, *Rudinger. variar.*
lect. feud. cap.51.n.20. Tartal. in prax. criminal. c.12.n.2.

Ampliatur quintò, numquam tranſire in fiſcum, *l. pronunciatio. §. familiæ, ff. de verb. ſignif. Pariſius in conſ.48. lib.2. Rochus Curtius in tract. de iur. patr. in verbo honorificum q.33. Paul. de Caſtro in cõſ. 164. in præſenti cauſa col. 6. Dominus Iulius Caponius in d. tr. de pact. diſp.7.n.68.*

Ampliatur ſextò, in iure patronatus
eſſe locum ius accreſcendi, vel ſecun-
4 dum alius ius non decreſcendi, *l. propriũ*
ff. communi diuidundo, quia in his, quæ ſunt ſolida, & indiuidua locum habet ius accreſcendi, *l. cohæredi, §. diſcretas, ff. de vulg. et pupill. Ruding. variar. lect. feud. cap.51.n.13. Iſidor. in c. conſuetudo. verſic. porrò, & in c. lex eſt 1. diſt.*

Hinc eſt, quòd vbi agitur de iure ac-
5 creſcendi, accreſcit portio portioni, *l. ſi*
Titio, §. fin. ff. de vſufructu, Alex. in l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. Turam. de legibus p.2.c.2.n.8.

Ampliatur ſeptimò, in indiuiduis ha-
6 bere locum ius accreſcendi, etiam cõ-
tractibus, *Bart. & alij in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. DD. in cap.1. de duobus fratribus de nouo benef. inueſtit. Rochus in d. tract. in verbo ius q. 6. Turam. in d. tract. de legibus p.2.c.2.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quando ſpectat ad patrem vti vnus de populo, vel de Vniuerſitate repudiata hæreditate paterna, poſſunt filij ius patronatus retinere abſque qualitate hæreditaria, & quæ ſit ratio, numero 2.*

3 *Iura ſepulchri tranſeũt ad hæredes ſanguinis, etiam ſi non ſunt hæredes.*

4 *Iura ſedilium, vel banchorum in Eccleſia tranſeunt ad hæredes ſanguinis.*

5 *Exhæredatio quando ex iuſta cauſa fuit facta, & tunc à iuribus realibus, quàm perſonalibus iuris patronatus, & ab omnibus honoribus, & dignitatibus cenſentur filij excluſi, tanquam malè meriti.*

6 *Exhæredati in numero liberorum non sũt, & pro mortuis habentur, n.7. Secus autem ſi mala mente, & iniuſtè fuerit facta exhæredatio, n.8.*

QVAESTIO X.

An, & quãdo ius patronatus ſpectat ad patrem vti vnus de populo repudiata hæreditate paterna per filios, an poſſunt ius patronatus retinere?

PRima concluſio: ius patronatus quã-
do ſpectat ad patrem vti vnus de po-
1 pulo, vel de Vniuerſitate repudiata pa-
terna

terna hæreditate, poſſunt filij retinere ius patronatus, *c. quarelam de electione, Decius in c. ſedes de reſcriptis, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo in eccleſia q. 1.*

2 Ratio eſt, quia cum ſit ius honorificum apud filios remanere debet, *c. nobis de iure patronatus, l. quia perindè, ff. ad trebell. Conarr. variar. reſolut. lib. 1. de teſtamentis in c. Raynutius, §. nono num. 8. Mant. de coniect. lib. 2. c. 11.*

Ampliatur primò, in iuribus ſepul-
3 chri, quæ tranſeunt ad hæredes ſanguinis, etiam ſi nō ſunt hæredes patris, vel eius hæreditatem repudiauerint, *Rochus in d. tract. in verbo in Eccleſia q. 6. n. 7. & ſequentibus.*

Ampliatur ſecundò, in iuribus ſedi-
4 lium, & banchorum in Eccleſia, quia, ſimiliter tranſeunt ad hæredes ſanguinis, etiam ſi patris hæreditatem repudiauerint, & filijs deficiētibus ad proximos agnatos, *Rochus in d. tract. in verbo in eccleſia, q. 6. citata.*

Limita non procedere, quando ex iuſta cauſa facta fuit exhæredatio, quia,
5 tunc à iure patronatus tam reali, quàm perſonali, & ab omnibus honoribus, & dignitatibus cenſentur excluſi, *Cardin. Alex. in c. 1. de ſucceſſ. feud.* tanquam malè meriti, *l. cum patronus, §. cum libertus, ff. de oper. libert.* Bart. *in conſ. 59. n. 7.*

Et ad proximos agnatos transferūtur iura patronatus, *Ruding. variar. reſolut. feud. c. 14. n. 1.*

6 Hinc eſt, quòd exhæredati in numero liberorum non ſunt, *l. filium, §. 1. ff. de bonor. poſſ. contra tabulas*, & exhæredati nomen ſui hæredis amiſerunt, *l. 1. § coniugium, ff. de ſuis, & legitimis hæredibus.*

7 Et tales pro mortuis habentur, *l. 1. § ſed & ſi patronus, ff. de coniug. cū emancip. lib. Rudinger. variar. lect. feudal. c. 14. num. 1.*

8 Secus autem, ſi mala mente, & iniuſtè facta fuerint exhæredatio, *Andr. de Iſernia in c. 1. de ſucceſſ. feud. DD. in l. 1. C. de exhæred. liberor. c. Requiſiſte de teſtamētis, Bart. in conſ. 55 per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio eccleſia mutari non debet.*

2 *Nomina debitorum in hæreditate inuenta, poſſunt vni ex hæredibus adiudicari.*

3 *Ius patronatus vti in ſpirituale indiuiſibile eſt.*

4 *Ius patronatus, poteſt cedi, & renunciari vni ex hæredibus.*

5 *Ius patronatus poteſt recipere diuiſionem, & quomodo, n. 6.*

7 *Hæreditas, quando non eſt æqualitas diuiſa, & tunc non poteſt ius patronatus vni ex hæredibus adiudicari, & quare, n. 8.*

9 *Pro æqualitate ſeruanda inter cohæredes multum lex laborat iuſta exiſtente cauſa, poteſt, ius patronatus cedi vni ex hæredibus, & quæ ſit iuſta cauſa, n. 11.*

12 *Titulus gratuitus quando interuenire non poteſt ius patronatur cedi non poteſt, & quomodo, n. 13.*

QVÆSTIO XI.

An ius patronatus, quòd reperitur in hæreditate poſſit cædi per iudicē, vel adiudicari per arbitrium familiæ herciſcundæ vni ex hæredibus?

DVo ſunt inter ſe pugnantes opiniones, vno negatiua, altera affirmatiua.

Qui negatiuam ſequuntur ſententiā his mouentur argumentis.

Primum eſt, ius patronatus eſt indiuiſibile per iudicationem fieret diuiſibile contra iuris patronatus naturam, *cap. 1. de iure patronatus lib. 6. clem. fin. eodem tit.*

1 Et conditio eccleſię mutaretur ſecūdum humanam naturam, quòd fieri nō debet, *l. ea quæ, ff. familia herciſcundæ, c. 1. 10. diſtin.* & ordinatio Eccleſiæ mutari non debet, *Io: And. in c. quartmoniam de iure patronatus.*

Secundum argumentum eſt, licet nomina debitorum in hęreditate inuenta,
2 poſſint vni ex hæredibus adiudicari,

De-

Decius in conſil. 410. *viſo eleganti conſil. col.* 2.

Tamen reſpectu iuris in corporalis
3 diuiſionem recipere non poteſt, *Abbas in c.per noſtras de iure patronatus*, & cum
ius patronatus ſit ius incorporale,& ſpirituale,diuidi non poteſt, *glo.in cap.* 1.*in verbo diuidi non debet*.

Pro affirmatiua his mouentur argumentis quorum.

Primum eſt ius patronatus poteſt cedi, & renunciari vni ex hæredibus,*gloſ.*
4 *in cap.literis de iure patronatus*, & poteſt etiam extraneis donari, *c.ex inſinuatione de iure patronatus*.

Secundum argumentum eſt,licet iùs patronatus ſit indiuiſibile reſpectu iuris, *Abb.in c.*1.*de iure patronatus*, quia apud hæredes inſolidum exiſtit, idem *in rub. de iure patronatus*, quia apud vnumquemque hæredum inſolidum exiſtit, *Calder. in conſ.vlt.eod.tit.*

5 Poteſt tamen recipere diuiſionem ratione temporis, & ratione loci, *Abb. in cap.ex literis de iure patronatus,Calder.*
6 *in conſ.*6. *eodem tit.* & quomodo dicitur infra.

Pro reſolutione quæſtionis tres oportet diſtinguere caſus.

Primus eſt, aut hæreditas non fuit æqualiter diuiſa, & non apparet,quare
7 ius patronatus fuit vni, ex hæredibus adiudicatũ, veluti fuit data,vel aſſignata minor pars hæreditatis, alteri cohæredibus, & adiudicatio non tenet, *Abb. in c.quarimoniam de iure patronatus.*

Ratio eſt, quia quodammodo commutationem cum re temporali reciperet
8 contra diſpoſitionem, *c. quia clerici de iure patronatus*, & inſurgit ſuſpitio ex inæqualitate bonorum diuiſione ne aliquid temporale datum ſit in recompẽſationem iuris patronatus, *Bald. in l.* 1. *C.comm.indiuid.Paul. de Caſtro in l.filius familias, ff.de petit.hæredit.*

9 Hinc eſt,quòd pro æqualitate ſeruãda inter fratres,& hæredes, multum lex laborat, *Socc.iun.in conſ.*147.*nn.*38. *Magon.deciſ.Luc.*48.*n.*19.*Regens de Marin. reſolut.quotid.lib.*2.*c.*223.*num.*2. *Domin. Iulius Capon.in tract.de pactis,& ſtipulat. q.*50.*n.*16.*fol.*94.

Secundus caſus eſt, aut eſt facta hæreditatis diuiſio à teſtatore,& tunc,quia ceſſat præſumptio,quòd aliquid temporale in recompenſationem iuris patronatus datum ſit, & in hoc caſu iuſta exiſtente cauſa,poteſt vni ex hæredibus
10 adiudicari in hæreditatis diuiſione per iudicem, vel per arbitrum familiæ herciſcundæ, *Ant. Butrius in c.peruenit de cenſibus,Corneus in conſ.*35.*n.*16. *Abb. in d.c.quarimoniam.*

11 Iuſta cauſa poteſt eſſe, quando alter ex hæredibus eſſet fatuus, demens, & mente captus, mutus,vel ſurdus,qui nõ ſunt in numero computandi, *l.vbi ſunt, §.fin.ff.de reg.iuris,Octauius Simoncell. in tract.de decretis minor.in præfat.num* 24. ſed quia à lege determinatũ non eſt,& ob id Iudicis arbitrio relinquatur, *Dominus Iulius Caponus in tract. de pactis, & ſtipul.q.*31.*num.*4.*fol.*176.

Et pro mortuis habentur ex traditis per *Præſid.de Franchis deciſ.*548. *Menoch.de arbitr.caſu* 211.*lib.*2.*n.*12. *Amend. add.ad Præſid.de Franchis deciſ.*20. *nu.*5. facit, *sex.in l.fin.in verbo orbitates, c.ad l.Flau.de plag.*

Et alter ex heredibus eſſet ſagax,prouidus, & prudens, qui melius poſſet eccleſiæ vtilitatibus prouidere; pro quibus lex multum prçſumit, conferũt tradita per *Regentem Rouitum in prag.*4.*de feudis n.*3.

Tertius caſus eſt,aut fuit facta æqualiter diuiſio inter cohçredes,& tũc quia ceſſat iſta conſideratio, quòd qui habuerit minorẽ partẽ hæreditatis fuit ius patronatus adiudicatum in recompenſationem minoris partis hæreditatis.

Et in hoc caſu iuſta ſimiliter exiſtẽte cauſa, poteſt vni ex hæredibus adiudicari, *Anchar.in conſ.* 334.*Butr.in conſil.* 15.*Abb.in d. c.quarimoniam de iure patronatus.*

Hinc eſt,quòd quando nõ poteſt interuenire titulus gratuitus ius patrona-
12 tus, non poteſt cędi, veluti patronus, nil habens in bonis, non poteſt cadere

ius

ius patronatus creditoribus, *c. præterea de iure patronatus.*

13 Quid vti ius ſpirituale ineſtimabile eſt, *c. de iure*, iuncta *gloſ. eod. tit.* & ſi vẽderetur committitur ſimonia, *c. quia clerici eod. tit.* ſicut in omnibus iuribus, & rebus ſpiritualibus, *cap. quæſitum de rer. permut.* 5. *Regens de Marinis reſolut. quot. c. 223. n. 2, & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus indiuiſibile eſt reſpectu iuris, idem in iure tutelæ n. 2.*

3 *Ius patronatus apud omnes hæredes inſolidum tranſit, nulla habita ratione, an ex æquis, vel inæqualibus partibus ſint hæredes; tamen poteſt recipere diuiſionem ratione tẽporis, & loci, & quomodo, n. 4.*

5 *Ius patronatus licet apud vnumquemque patronorum inſolidum exiſtat, non tamen procedit in præſentatione rectoris, num. 6.*

7 *Licet patronus, & quilibet ex patronis ſit inſolidum patronus, non tamen præſentatio poteſt fieri inſolidum.*

QVAESTIO XII.

An ius patronatus ſit indiuiſibile, & an poſſit recipere diuiſionem?

PRima concluſio: ius patronatus eſt indiuiſibile reſpectu iuris incorpora-
1 lis, quia apud vnũquemq; patronorũ, vel hæredum inſolidum exiſtit, *glo. & DD. in c. 1. de iur. patronatus lib. 6. Hoſtienſ. in sũma de iure patronatus, §. qualiter transferatur, Federic. de Senis in conſ. 225. Regẽs de Marinis in d. tract. cap. 23. num. 3. & ſequentibus.*

2 Ampliatur primò, in iure tutelæ, quòd non poſſunt tutores inter ſe diuidere, reſpectu iuris, *l. inter tutores, ff. de administr. tutor. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in præludijs.*

3 Ampliatur ſecundò, quia ius patronatus apud omnes hæredes inſolidum exiſtit, *De Franchis dec. 85.* nulla habita ratione, an ex æquis, vel inæqualibus partibus ſint patroni, vel patronorum hæredes, *gloſ. in d. c. 1. de iure patronatus lib. 6. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ius q. 6.*

Limita primò, quia ius patronatus
4 poteſt recipere diuiſionem ratione tẽporis, & ratione loci, *Paul. de Cittadinis in tract. de iure patronatus par. 2. q. 3. n. 1. Abb. in conſ. 66. p. 2.*

Ratione temporis, ratione exercitij, vt vnus præſentet vna vice, & alter alia vice, *Io: And. in tit. 1. & vltimo de iure patronatus lib. 6. Tiraquell. de iure primig. in præfat. Ruding. variar. lect. feudal. c. 51. num. 20.*

Ratione loci, vt vnus ex patronis præſentet in vna eccleſia, & alius in altera ſi ſunt plures eccleſiæ, in quibus patroni habent ius præſentandi, *Paul. de Cittad. in d. tract. par. 2. q. 3. n. 2.* facit, *tex. in l. commun. diuidund. 8. vel vſufruct. ff. comm. diuid. de Franchis d. deciſ. 85. nu. 4. per totam.*

5 Limita ſecundò, nam licet ius patronatus apud patronos, vel eorum hæredes inſolidũ exiſtat, quoad omnes eius effectum, *l. ſi liberto, ff. de bonis libertorũ.*

6 Tamen non procedit in præſentatione rectoris, quæ eſt apud omnes, itaut apud nullum, *Paul. de Cittadinis in tract. de iure patronatus p. 2. q. 3.* facit, *tex. in l. ſi ſepulchro, C. de religioſis, l. quod ſi locus, ff. de religioſis.*

Hinc eſt, quòd licet quilibet patro-
7 nus ſit inſolidum patronus, non tamen ſolus poteſt præſentare, *Io: And. ind. l. 1. de iure patronatus, lib. 6.*

Quia ſi ſingulis competeret præſentatio inſolidum occupantis eſſet melior conditio, quòd eſt falſum, *c. ſi tibi à ſede præbendis lib. 6. Calder. in conſ. 10. de iure patronatus.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus in re certa loco legatarij habetur.*

2 *In legatarium ius patronatus non trãſit.*

3 *In hæredem vniuerſalem tranſeunt omnes act.o-*

actiones actiuæ, & paſſiuæ cum omnibus iuribus.

4 *In hæredem in re certa inſtitutum non tranſeunt, nec iura, nec actiones vniuerſales.*

5 *Quando aliquis eſt in re certa inſtitutus, & tunc ſi non eſt alter hæres inſtitutus vniuerſaliter, & tunc quia in totum ſuccedit hæres in re certa inſtitutus, in eum ius patronatus tranſit.*

6 *Si ſunt plures hæredes in vſufructu, & nullus alius vniuerſaliter in proprietate, & tunc in hæredes in vſufructu trāſit ius patronatus.*

7 *Quotieſcumque tota hæreditas ſpectat in proprietate ad hæredē in vſufructu, vel in re certa inſtitutum ius patronatus tranſit, etiam in proprietate reſpectu tituli.*

8 *Quando ſunt plures hæredes in re certa, & nullus alius vniuerſaliter, tunc pro virilibus erunt hæredes.*

9 *Inſtituti in re certa ſi ſunt ex liberis, veluti vnus ex liberis in re certa, alter vniuerſaliter ad vtrumque ius patronatus, tranſit.*

10 *Filius in hæreditate patris plus habet, quā extraneus.*

QVAESTIO XIII.

An, & quando hæres in re certa inſtitutu, eſt; an ius patronatus tranſeat in hæredem in re certa inſtitutum, an verò in hæredem vniueſalem.

QVòd in hæredem in re certa inſtitutum non tranſeat ius patronatus, ſed in hæredem vniuerſalem.

Facit primò, *l. quoties, C. de hæredibus inſtituendis*, quò loci habetur, quòd hæ-
1 res in re certa inſtitutus loco legatarij habetur, *Paul. de Caſtro in l. cum à matre, C. de rei vendicatione.*

2 In legatarium ius patronatus non tranſit, ſed in hæredem vniuerſalem, *c. ex literis de iure patronatus*, quia defuncti perſonam repræſentat, *l. cum hæres, ff. de diuerſ. temp. pro empt. Abb. in c. cum ſeculum de iure patronatus, Guid. Pap. deciſ. 466.*

Secundò facit; quia in hæredem vni-
3 uerſalē tranſeunt omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ cum omnibus annexis iuribus, *l. hæreditas, ff. de acquirend. hæredit. Federic. de Senis in conſ. 106.* ergo in hæredem vniuerſalem tranſit ius patronatus, *c. de iure patronatus.*

In hæredem in re certa inſtitutum
4 non trāſeunt nec iura, nec actiones vniuerſales, *Alex. in l. ſi pactum, ff. de probationibus*, ergo ius patronatus nō tranſit, ſed ſequitur hæredem vniuerſalem, *De Laurentijs deciſ. Auen. 147. nu. 4. Crauett. in conſ. 131. & 172.*

Sed quia dicta regula non eſt generaliter intelligenda pro reſolutione quæſtionis ſubſcriptos oportet diſtinguere caſus.

Primus eſt, quando aliquis eſt in re certa inſtitutus, & non ab alius hæres
5 vniuerſalis, & tunc quia in totum ſuccedit hæres in re certa inſtitutus, *l. 1. §. ſi ex fundo, & l. ex facto, ff. de hæredibus inſtituendis.*

Et in hoc caſu hæres in re certa inſtitutus poteſt præſentare, quia in eum ius patronatus tranſit, *Alex. in conſ. 45. n. 2. vol. 4. And.* & cōmuniter *F. F. in c. 1. de ſucceſſ. feud. Bart. in conſ. 156. n. 2. de Franchis deciſ. 1. num. 42. & in deciſ. 554. Anton. Gomeſ. variar. reſolut. c. 2. de ſucceſſ. vniuerſal. n. 16. in fin.*

6 Secundus caſus eſt, ſi ſunt vnus, vel plures hęredes in vſufructu, & nullus alius in proprietate, & tunc hæredes in vſufructu poſſunt præſentare, *Menoch. in conſ. 66. Regens de Marinis reſol. quot. cap. 55. lib. 1. n. 1.*

Quia in hęredes in vſufructu ius pręſentandi transfertur, *Abb. in c. ex literis de iure patronatus, Dominus, & præceptor*
§ *meus Io: Leonard. Amarell. in §. 1. inſtitut. de leg. Anton. Gomeſ. tom. 1. c. 2. de ſucceſſ. vniuerſal. n. 26.*

7 Et quandocumque ad hæredes in vſufructu tota hæreditas in proprieta-

te, ſpectat, ſimiliter ius patronatus in proprietate reſpectu tituli, *Craſſ. in §. hereditas, q. 3. Theſaur. q. 20. ad finem p. 1. n. 61. Horatius Viſconti add. ad Præſid. de Franchis deciſ.* 554. *Regens de Marinis reſolut. quot. cap. 151. lib. 2. n. 5.*

Tertius caſus eſt, quando ſunt plu-
8 res hæredes in re certa inſtituti, & nullus alius vniuerſaliter, & tunc pro virilibus erunt hæredes, etiam ſi duo coniunctim, & alter diuiſim, vel etiam ſi ex inæqualibus partibus eſſent inſtituti ad eos ſpectat ius patronatus inſolidum, *Abb. in rubr. de iure patronatus glo. in cap. piæ mentis in verbo piæ mentis 16. q. 2.*

Et quotieſcumq; tota hæreditas ſpectat ad hæredes in re certa inſtitutos, etiam ſi ex inæqualibus partibus eſſent inſtituti ad eos ius patronatus ſpectat inſolidum, *Alexand. in alleg. conſ. 45. de Beluiſ. in c. 1. de ſucceſſ. feud. Natta in conſ. 459. n. 12. de Franchis d. dec. 554.*

Quartus caſus eſt, ſi inſtituti in re
9 certa ſunt ex liberis, veluti vnus ex liberis, in re certa, vel legitima, alter vniuerſaliter, & tunc quia vterque dicitur hæres, *Bart. in conſ. 156. num. 5.*

Tamen ad vtrumque ſpectat ius patronatus, *gloſ. elegans in c. ſi pater in verbo eidem filio de teſtamentis lib. 6. Add. ad deciſ. Guid. Pap.* 458. & legitima dicitur pars bonorum, *De Franchis deciſ. 133.* & ibi *Amend. add. n. 3.*

10 Hinc eſt, quòd filius in hæreditate patris, etiam in re certa inſtitutus plus iuris habet, quàm extraneus, *Paul. de Caſtro in l. gallus, §. et etiam ſi pater ff. de lib. & poſthum. Guid. Pap. dec. 458. Ant. Gabr. comm. concl. in tit. de verb. ſignif. conclus. 2. n. 21 lib. 6.* conferunt tradita per, *Regens Rouit. in comm. ad prag. in rubr. de feudis, n. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtituti quando non ſunt ex liberis, vnus in re certa, & alter vniuerſaliter, tunc ad heredem vniuerſalem tranſit ius patronatus.*

2 *Hæres vniuerſalis, quando nõ adiuit hæreditatem morte præuentus, aut repudiatione, aut tempore excluſus, & in omni caſu quoad heredem in re certa inſtitutum deuoluitur hereditas, in eum ius patronatus tranſit, & quæ ſit ratio, num. 3.*

4 *Paria ſunt ab initio non eſſe, quàm poſtea deſinere.*

5 *In teſtamento quando non eſt alius hæres inſtitutus, vel debuerit inſtitui ille, cui verbum relinquo, vel lego adiectum eſt, & tunc quia inſtitutionem importat in eum ius patronatus tranſit.*

6 *Verbum relinquo, quando adiectum eſt partis bonorum hæreditatis, & tunc quia inſtitutionem importat, in inſtitutum in parte Vniuerſitatis bonorum ius patronatus tranſit, & quæ ſit ratio, n. 7.*

8 *Hæres pro qua parte eſt hæres poteſt debitores hæreditatis conuenire.*

QVAESTIO XIV.

An, & quando inſtituti in re certa non ſunt ex liberis, vnus in re certa, & alias vniuerſaliter, an in hæredem inſtitutum in re certa tranſeat ius patronatus?

PRo reſolutione quæſtionis ſubſcriptos oportet diſtinguere caſus.

1 Primus eſt inſtituti ſi non ſunt ex liberis, vnus in re certa, & alter vniuerſaliter, & tunc ad heredem vniuerſalem ſpectat ius præſentandi, non autem ad hæredem in re certa inſtitutum, *glo. in c. ſi pater in verbo eidem filio de teſtamentis, Anton. Gomez variar. reſolut. in tit. de ſucceſſ. vniuerſali, num. 16. Amend. add. ad Præſid. de Franchis deciſ. 1. n. 42.*

Secundus caſus eſt, quando hæres
2 vniuerſalis non adiuit hæreditatẽ morte præuentus, aut repudiatione, aut tempore excluſus, & in omni caſu quoad hæredem in re certa inſtitutum deuoluitur hæreditas in eum ius patronatus tranſit, *l. 2. §. ſed, & ſi, ff. ad trebell. arg.*

text.in l. nemo, ff.de teſtamen.tutel.

Ratio eſt,quia hæres in re certa inſti-
3 tutus nomen hæredis, & commodum
habet hærede vniuerſale non adeunte,
Fulgoſ.in conſ.2.Corneus in conſ.31.vol.4. de Franchis deciſ.293.n.3.Turam.de leg. 2.p.c.2.n.8.Amarell.præceptor meus in §. 1. inſtit. de leg. Ant. Gomeſ.tom.1.c.2.de ſucceſ.vniuerſal.n.15.

Niſi expreſsè fuerit à teſtatore ius accreſcendi prohibitum, *Bart.in conſil. 156.Rudinger.variar.lect.feudal.cap.51. num.13.*

Et paria ſunt ab initio non eſſe,quã
4 eſſe,& poſtea deſinere, *l. ſi quis ſub conditione, ff.de teſtam.tutel.* qui autem non adiuit hæreditatem perinde eſt, ac ſi ab initio ſcriptus non fuiſſet hæres, *l.1.ff. de ſuis & legitimis, Couarr.in tit.de teſtamentis in c.Raynutius §.1.nu.5. Regens de Marinis reſol.quot.lib.1.c.23. Dom.Iulius Caponus in tract.de pactis, & ſtipul.q.55. n.16.fol.94.*

Tertius caſus eſt,quando in teſtamẽto non eſt alius hęres inſtitutus, vel de-
5 buerit inſtitui ille,cui verbũ relinquo,
vel lego adiectum eſt,& tunc quia inſtitutionem importat in eum ius patronatus tranſit, *Angel. de Peruſio in conſ. 12. Alex.in conſ.45.vol.4. de Franchis deciſ. 554.Amarell.in §.1.n.16.inſtit.de leg.*

6 Quartus caſus eſt, quando verbum
relinquo, vel lego adiectũ eſt parti bonorum hæreditatis, & tunc quia inſtitutionem importat, *gloſ.in l.quoties in fine C.de hæredib.inſtituend. Angel.in conſ. 28.Aym.in conſ.131.n.12.Cardin. in cõſ. 48.Guid.Pap.dec.466.*

Et in eum ius patronatus tranſit. *Angel.in conſ.38.Cardinal.in alleg.conſ.48.*

7 Ratio eſt, quia pars vniuerſitatis bo-
norum continet ius vniuerſale reſpectu partis, *Ant.Gabriel comm.concl.in tit.de reg.iuris lib.6.concluſ.11.Amend. add. ad Præſid.de Franch.dec.293.n.8.*

Et poteſt conuenire debitores pro rata, *Nicol.de Neap.in l.generaliter n.29. de ſecund.nuptijs,Viſconti in ſuis concl.in verbo hæres.*

Hinc eſt, quòd hæres pro illa parte, qua eſt hæres poteſt conuenire debitores, & cõueniri à creditoribus, *Alex. Iaſon,& alij in l.2.§.1.ff.de verb.obligat.* & liquidare inſtrumenta contra debitores, *Galt.in prax. de liquidat. inſtrument. 1.p.2.p.principal. in verbo aduertat*, cum alijs authoritatibus per eum allegatis, *Doctor Tartalia in praxi crimin. cap.17. n.11. verſ.vltimo ſcias.*

SVMMARIVM.

1 Hæres vniuerſalis quando eſt de reſtituẽdo grauatus detrahit trebellianicam,& tunc quia reſpectu trebellianicæ remanet hæres cum fideicommiſſarijs inſimul præſentabunt.

2 Hæres ſi nullam detrahit trebellianicam, & tunc quia fideicommiſſarij ſunt hæredes præſentabunt ad beneficia.

3 Ante reſtitutionem fideicommiſſi ad grauatos hæredes, vel aduenientes ab inteſtato, vel ad ſcripſos hæredes grauati ſpectat ius præſentandi.

4 Facta reſtitutione fideicommiſſi re, vel verbis ius patronatus ſpectat ad fideicõmiſſarios.

5 Ius patronatus quando eſt antiquum, & familiare, tunc non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia remanet penes hæredes ſanguinis, niſi fideicommiſſarius ſit de familia, n.6. nec etiam quando eſt antiquum, & gentilitium, n.7.

QVÆSTIO XV.

An, & quando hæres vniuerſalis eſt de reſtituenda hæreditate grauatus poſſit præſentare?

PRo reſolutione quæſtionis ſubſcriptas oportet diſtinguere concluſiones quarum.

1 Prima eſt hæres vniuerſalis quando
eſt de reſtituenda hæreditate grauatus detrahit trebellianicam, *c.Raynutius de teſtamentis, Iaſon in l.filium col.4.cap.famil. herciſcunda, Guid. Pap. deciſ.466.* & ibi *add. in verbo trebellianicam,de Laurẽ-*

tijs

ijs deciſ. Auen.147.nu.4.Mantica de coniecturis lib.7.tit.11.n.16.

Et in hoc caſu, quia reſpectu trebellianicæ per eum retentæ remanet hæres *§.reſtituta inſtitut.de fideicomm. hæredit.* & tenetur ſoluere debita pro quarta parte,& tunc hæres rogatus cum fideicommiſſarijs inſimul præſentabunt, *Decius in conſ.337.Guid.Pap.deciſ.466.& in deciſ.507.n.2.*

Secunda concluſio: ſi hæres nullam
2 detrahit trebellianicam,& tunc fideicõmiſſarij erunt hæredes, ſi fuerit trebellianica prohibita,vel alio modo excluſus, *Amend.add.ad Præſid.de Franchis dec.293.* & fideicommiſſarij præſentabunt, *Guid.Pap.ibid.*

Tertia concluſio: ante reſtitutiònem
3 fideicommiſſi re, vel verbis ad grauatos hæredes, vel aduenientes ab inteſtato grauati, vel ad ſcriptos hæredes grauati,ſpectat ius præſentandi pro eo, quòd omnia iura in eos ſunt translata, *l. quoties,§.hæredes,ff.de hæredibus instituendis,l.hæreditas,ff.de verb.ſignificat.§.reſtituta inſtitut.de fideicõm.hæred. Guid.Pap.deciſ.507.Delectus de arte teſtand. in tit.de inſtitut.cautel.32.n.1.*

Quarta concluſio: poſt factam reſti-
4 tutionem re, vel verbis ius præſentandi ſpectat ad fideicommiſſarius, nam per reſtitutionem omnia iura ad fideicommiſſarios ſunt translata, & ita lis deciſũ refert, *Guid.Pap.d.deciſ.507.* facit, *l.facta, & l.reſtituta, ff. ad trebellian.Corneus in conſ.201.lib.1.*

5 Limita primò, quando ius patronatus eſt familiare,& tunc non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia remanet penes hæredes ſanguinis, non autẽ tranſit in fideicommiſſarios, *l. quia perinde, ff.ad trebell.l.familiaria, & l. ſeq. de Relig.& funer.impenſ.*

Sicut iura ſepulchri remanent penes hæredes ſanguinis, *Barboſ.de off.Parochi cap.26.nu.39.in fin.* niſi fideicõmiſſarius
6 ſit de familia, *Alexand. in conſ.29.lib.2. And.de Iſernia in c.1.§.hoc quoque de ſucceſſ.feud.Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo ipſe, vel is à quo q.5.*

Limita ſecundò, in iure patronatus
7 antiquo, & gentilitio, *Alex.in conſil.73. lib.2.Gulielm.de Benedictis in c.Raynutius nu.24.de teſtamentis, Regens de Ponte in conſ.39.Vrſill.add.ad Afflict. deciſ. 309. Amend add.ad Præſ. de Franchis dec.24. num.10.*

T I T V L V S:

Diſcurſus per quæſtiones formatus,& diſtinctus,in quibus tractatur, quando eccleſiæ ſeculares ſpectant ad religioſos, vel eccleſiaſticas perſonas,poſ ſint de temporalibus aliquid reſeruare competẽti portione inſtituto aſſignata, inſertus per authorem in præſenti libro,

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiarum patroni quando non habent niſi ſolum ius patronatus, & ſimplex ius præſentandi, & transfertur ad religioſos aliud ius religioſi non conſequuntur, niſi ſolum ius patronatus reſpectu iuris præſentandi.*

2 *Nemo poteſt in alium transferre plus iuris,quàm ipſe habet.*

3 *Qui in alterius locum ſuccedit eo iure vti debet, quo ille in cuius locum ſuccedit.*

4 *Religioſi patroni poſſunt de temporalibus rationem exigere à rectore inſtituto, & eccleſiæ vacantis cuſtodiam habere, n.5. alia iura,n.6.*

7 *Ius patronatus laicorum, quando transfertur ad religioſos,in nullo læditur ius Epiſcopale.*

QVÆSTIO XVI.

An, & quando eccleſiæ ſeculares ſpectant ad religioſos; vel eccleſiaſticas perſonas, & præſentant clericos ad beneficia, poſſint de fructibus beneficiorum aliquid reſeruare congrua portione reſeruata clerico inſtituto?

PRima concluſio: eccleſiæ ſeculares poſſint ſpectare ad religioſos, vel eccleſiaſticas perſonas pluribus modis, ſed ſpecialiter quinque.

Primò, quoad ius patronatus ſimpliciter, ſecundò quoad collationem, ſeù inſtitutionem tituli collatiuam, tertiò quoad inſtitutionem authorizabilem, quæ eſt quando ſequitur inſtitutio ad præſentationem patronorum, quartò quoad temporalia, quintò quoad temporalia, & ſpiritualia.

Quoad primum, quando eccleſiarũ patroni non habent, niſi ſolum, & ſimplex ius patronatus, & transfertur ad
1 religioſos aliud ius religioſi non conſequuntur, niſi ſolum ius patronatus reſpectu iuris præſentandi clericos Epiſcopo, *clem.* 1. iuncta *glo. in verbo ius præſentandi de iure patronatus.*

Et omne id, quod patroni conſequũtur ratione iuris patronatus, *c. paſtoralis de donationibus, Abbas in c. de monachis de præbend. & dignitatibus.*

Nec in hoc caſu religioſi, vel monachi habent aliquam poteſtatem in clericos inſtitutos, vel beneficiatos, *c. cum, & plantare de priuilegijs c.* 1. 16. *q. vltim. c. quia monaſterium de relig. domib.*

Ratio eſt, quia nemo poteſt in alium
2 transferre plus iuris, quàm ipſe habet, *l. traditio, ff. de acquirend. rerum domin. l. obſeruare, ff. de offic. Proconſulis, Fulgoſ. in cons.* 64.

Hinc eſt, quòd, qui in alterius locum
3 ſuccedit eo iure, vti debet quo ille, in cuius locum ſuccedit vſus eſt, *cap. recolentes de ſtatu regularium, c. eccleſia vt lite pendente.*

Secunda concluſio: habent tamen monachi, vel religioſi prærogatiuam
4 præ laicis, quia poſſunt de temporalibus rationem exigere ab inſtituto, *cap. bonæ de appellationibus Io: Andr. in cap.* 1. *de præſcriptionibus lib.* 6. *c. quia monaſteriũ de relig. domib.*

5 Et eccleſiæ vacantis cuſtodiam habere, *gloſ. in clem.* 1. *de iure patronatus, Hoſtienſ. in ſumma de iure patronatus, §. qualiter transferatur, Innoc. in c. cum ſeculum de iure patronatus, Rochus Curtius in trac. de iure patronatus in verbo competens qu. penult.*

Nec religioſi de fructibus, & eccleſiæ redditibus poſſunt diſponere, ſed omne totum habebit rector, *Abbas in c. Auaritiæ de præbendis, & dignitatibus, idem in c. in Lateranenſi eod. tit.*

6 Poſſunt de temporalibus rationem exigere à clericis inſtitutis, in quo ſtatu reperitur eccleſia; ſi domus eccleſiæ neceſſarijs reparationibus ſit refecta, *cap. ſanè* 16. *q.* 2. *Innoc. in d. c. cũ & plantare, §. in eccleſijs.*

Si in prædijs in locum arborum demortuarum motæ arbores ſunt plantata, ac etiam de eccleſia redditibus, ne per incuriam rectoris deperditur, *Abb. in c. cum res de off. ordinarij, Butrius in cõſ.* 30. *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum quæſt. vltima in fine.*

Non autem de fructibus, ſed de his, quæ ad proprietatem ſpectant, *Abb. in d. c. de monachis, Anton. Butrius in alleg. conſ.* 30.

Et ſi aliquid coertione dignum reſpexerint referant Epiſcopo, *gloſ. in cap. nobis in verbo honeſtius de iur. patronatus, Aloyſ. Riccius in prax. p.* 4. *reſolut.* 396. *Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens q. fin.*

7 Et quando huiuſmodi ius patronatus pertinet ad religioſos, in nullo læditur ius Epiſcopale, *Guttier. in conſ.* 2. *n.* 15.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Ius patronatus laicorum, quando pertinet ad religioſos in nullo læditur ius Epiſcopale, & habet Epiſcopus integra iura Epiſcopalia, nu.2. & tenentur religioſi omnia alia iura ſubire, ad quæ tenebãtur laici, n.3.

4 Ius patronatus laicorum, quando tranſit ad religioſos, tranſit cum omnibus iuribus, ad quæ laici tenebantur.

5 In Parochialibus eccleſijs, quæ ſubsũt monachis non monachus, ſed clericus eſt inſtituendus.

6 Religioſus, ſi ex neceſſitate eſt inſtituendus præuio examine ab Epiſcopo eſt inſtituendus ad præſentationem monachorum in Parochialibus, & in omnibus, quæ ad curam animarum ſpectãt ſubeſt Epiſcopo, etiam ſi eſſent exempti, nu.7. etiam ſi eſſent vicarij ad nutum amouibiles, n.8.

QVAESTIO XVII.

An, & quãdo ius patronatus pertinet, vel transfertur ad religioſos ius Epiſcopale lædatur?

PRima concluſio: ius patronatus laicorum, quando transfertur ad reli-
1 gioſos in nullo læditur ius Epiſcopale, *c. cum ſeculum de iure patronatus, Guttier. in conſ. 2. n. 15.*

Ampliatur primò, quia Epiſcopus
2 habet iura integra Epiſcopalia, *Abbas in cap. de monachis de præbend. & dignitatibus, Gabed. de patronat. Reg. Coron. cap. 22. nu. 12. Gonzal. add. ad Reg. Cancell. 8. gloſ. 4. num. 33.*

Ampliatur ſecundò, vt teneantur religioſi omnia iura ſubire, ad quæ patro-
3 ni laici tenebantur, *glo. in clem. 1. in verbo iura Epiſcopalia de cenſur. exactionibus & procurat.* quia natura beneficij mutari non poteſt, *Hieronym. Gabr. in conſ. 85. n. 7. vol. 2.*

Ampliatur tertiò, ius patronatus trã-
4 ſire cum omnibus oneribus ad religioſos, facit, *l. alienatio, ff. de contrahen. emp. Abb. in conſ. 100. p. 1. Barboſ. de off. Parochi c. 1. p. 1. n. 151.*

Ampliatur quartò, in Parochialibus eccleſijs, quæ ſubſunt monachis non
5 monachus, ſed clericus inſtitui debet ad præſentationem monachorum, *c. 1. de capp. monachor. Paul. Fuſcus de viſitation. lib. 3. c. 18. n. 1.*

Ampliatur quintò, religioſos in omnibus, quæ ad curam animarum perti-
6 nent Epiſcopo ſubeſſe, *Praſec. in prax. Epiſcop. p. 2. c. 5. n. 46. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 74. nu. 28.* & ſi ex neceſſitate monachus eſt inſtituendus præuio examine ab Epiſcopo, eſt inſtituendus ad præſentationem monachorum in Parochialibus, & in omnibus, quæ ad curam animarum ſpectant ſubeſt Epiſcopo, *Paul. Fuſc. de viſit. lib. 3. cap. 18. n. 1.*

Ampliatur ſextò, etiam ſi eſſent exẽpti ab Epiſcopo, *ex Sacr. Conc. Trident. de*
7 *regul. c. 11.* quia quoad curam ſubſunt Epiſcopo, *Barboſ. de off. Parochi cap. 2. nu. 151. 1. par.*

Ampliatur etiam ſi eſſent Vicarij ad nutum amouibiles non poſſunt depu-
8 tari, niſi Epiſcopi conſenſu, & præuio examine per Epiſcopum, & Vicarium & examinatores Synodales, *Barboſ. in d. tract. de off. & poteſt. Episcopi par. 3. alleg. 74. n. 28. & 29.*

SVMMARIVM.

1 Eccleſia ſecularis, quando ſpectat ad religioſos quòad mæram collationem, non poſſunt religioſi redditus, neque fructus eccleſiæ diminuere, ſed omne totum habebit rector, n. 2.

3 Eccleſia ſecularis, quando ſpectat ad religioſos, quòad mæram collationem habentur, ſicut quilibet Ordinarius.

QVÆ-

QVÆSTIO XVIII.

An, & quando Eccleſia ſecularis ſpectat ad religioſos, quoad collationem reſeruata portione rectori, poſſint aliquid conuertere in propriam vtilitatem?

PRima concluſio: Eccleſia ſecularis,
quando eſt ſubiecta religioſis, quòad
1 mœram collationem, quia conferunt
ex ſpeciali conceſſione Papę, *c. cum contingat de foro competenti, Abb. in cap. duo ſunt de off. ordin. Nauarr. in conſ. 10. de hæreticis lib. 5.*

Vel legitima præſcriptione, *c. auditis de præſcriptionibus, c. cura,* & ibi *gl. in verbo legitimè de iure patronatus, c. ex parte de decimis, Sayr. de cenſuris lib. 1. cap. 6. n. 37. Reg. Rouit. in comm. ad pragm. 14. n. 2. de baronibus.*

Secunda concluſio: in hoc caſu non
poſſunt religioſi redditus diminuere,
nec de fructibus eccleſiæ ſecularis aliquid temporale, nec poſſeſſiones, nec
bona eccleſiæ ſibi ipſis appropriare,
Abb. in c. auaritia de præbendis, & digni-
2 *tatibus*, nam omnia ſpectant ad rectorē
inſtitutum, *glo. in extrauag. execrabilis in verbo ordinario de præbendis, & dignitatibus.*

3 Quia in hoc caſu habentur religioſi,
ſicut quilibet Ordinarius, *cap. decernimus de iudicijs, c. quia regulares de relig. domibus.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſecularis poteſt ſpectare ad religioſos, quòad inſtitutionem authorizabilem de iure ſpeciali, vel legitima præſcriptione.*

2 *Prælatus Epiſcopo inferior, poteſt præſcribere totum ius Epiſcopale, vel partem iurium.*

3 *Epiſcopus habet eccleſias ſubiectas, quoad vtramque inſtitutionem, & habet curā animarum, quæ poteſt capi multipliciter, & quomodo n. 4. & dicitur index generalis animarum ſuæ diœcèſis, & vtraque inſtitutio, quæ ſit.*

5 *Actus iuriſdictionis voluntariæ vbique exerceri poſſunt etiam extra diœceſim.*

6 *Eccleſia quādo ſpectat religioſis huiuſmodi, non poſſunt ſe extendere ad fructus, & redditus, ſed omnia ſpectant ad rectorem inſtitutum.*

7 *Prælatus Epiſcopo inferior, quando præſcribit contra Epiſcopū requiritur ſcientia Epiſcopi, qui iura Epiſcopalia poſſidebat.*

8 *Iurium ſpiritualium poſſeſſio non perditur ſine ſententia poſſidentis.*

QVÆSTIO XIX.

An, & quando eccleſia ſecularis ſpectat ad religioſos, quoad inſtitutionem authorizabilem an poſſint de fructibus aliquid diſponere reſeruata congrua ſubſtentatione rectori?

PRima concluſio: eccleſia ſecularis,
quando ſpectat ad religioſos, quòad
inſtitutionem authorizabilem, & eſt
quando Prælatus Epiſcopo inferior ha-
1 bet iura Epiſcopalia de iure ſpeciali, *c. contingat de decimis, c. cura,* iuncta *glo. in verbo legitimè de iure patronat. Nauarr. in conſ. 10. de hæreticis, Reg. de Marin. in lib. 1. reſol. quotid. c. 1. n. 6.*

Vel legitima præſcriptione, *glo. in c. 1. in verbo eccleſia de præſcriptionib. Decius in conſ. 152. c. Abbatem de reſcriptis, Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 6. n. 2. Reg. Rouit. in prag. 14. n. 2. de baronibus.*

Hinc eſt, quòd Prælatus Epiſcopo
2 inferior poteſt præſcribere totum ius
Epiſcopale, vel partē iurium in aliquibus eccleſijs, reſpectu collationis, & inſtitutionis beneficiorum, *glo. in c. cum inter de ſent. & re iudicata, inſignis Dominus Fōtanella de pactis nuptialibus glo. 4. clauſul. 10. par. 1.*

Se-

Secunda concluſio: Epiſcopus habet
3 eccleſias ſubiectas quoad vtramque inſtitutionem, *c. omnes baſilicæ 16. q. 3. c. ex frequentibus de inſtitutionibus, Abbas in c. cum omnes de conſtitutionibus.*

Ampliatur primò, nam Epiſcopus ha-
4 bet curam animarum, quæ poteſt capi multipliciter: prima dicitur cura reſpectu fori pœnitentialis, *glo. in clem. dudum de ſepulturis, Bald. in l. 2. de off. Prætoris.*

Hinc Epiſcopus dicitur iudex generalis animarum ſuæ diœceſis, & côcurrit cum omnibus Parochis in adminiſtratione ſacramentorum, *De Laurentys dec. Auen. 139. Iaſon in l. 2. ff. de iuriſdict. om. iud. Fontanell. in d. tract. de pactis nuptialib. glo. 4. clauſul. 10. p. 4.*

Ampliatur ſecundò, quia alia dicitur cura, quæ ſpectat Epiſcopo reſpectu collationis beneficiorum ad mœram collationem ſpectantium, *Rota dec. 5. de offic. Vicar. in antiquis, Sbrozz. de off. Vic. quæſt. 102.*

Ampliatur tertiò, in alia cura reſpectu inſtitutionis ad præſentationem patronorum. *glo. & DD. in c. nonnt ille de iudicijs Zerul. Epiſcopus Minorenſis in verbo beneficium, num. 9. Nauarr. in conſ. 20. de prabendis.*

Ampliatur quartò, nã dicuntur actus iuriſdictionis voluntariæ, quæ, vbique
5 exerceri poſſunt extra diœceſim, quando collatio, vel inſtitutio nô controuertitur, facit, *l. 2. de off. Proconſulis, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 38. n. 19.*

6 Declaratur primò, quando eccleſia huiuſmodi ſpectat ad religioſos non poſſunt ſe extẽdere ad fructus, nec redditus, nam omnia ſpectant ad rectorem inſtitutum, *Abb. in c. de monachis de prabendis, & dignitatibus.*

Quia in hoc caſu religioſi ſũt, vt quilibet Ordinarius, *Abb. ibidem, Cald. in conſ. 14. de prabendis.*

Declaratur ſecundò, quod dictum eſt in concluſione prima, quòd Præla-
7 tus Epiſcopo inferior poteſt preſcribere totum ius Epiſcopale, vel partem iurium, tamen requiritur ſcientia Epiſcopi, qui hæc iura poſſidebat, *c. auditis, ibi-dicta gloſ. in verbo præſcripſiſſe de præſcriptionibus, c. conquærente,* & ibi *Abbas de off. ordinar.*

Nam in iſtis iuribus incorporalibus
8 nô perditur poſſeſſio ſine ſcientia poſſidentis, *l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua, Innoc. in c. bonæ el ſecundo de poſtul. Prælat. Regens Caleota in allegat. pro Ill. Duciſſa Laurenzan. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio contentioſa, quæ ſpectat Epiſcopo, alijſque Prælatis Epiſcopo inferioribus, quæ ſit, n. 2. & 3.*

4 *Contentioſa iuriſdictio, poteſt etiam cura appellari, & quomodo, n. 5.*

QVÆSTIO XX.

Iuriſdictio, quæ ſpectat Prælatis, quæ eſt, & an poſſit etiam appellari cura?

IVriſdictio contẽtioſa, quæ ſpectat Epiſcopo, alijſq; Prælatis inferioribus Epi-
1 ſcopo ea eſt, quæ verſatur in lege iuriſdictionis, eſt excommunicare, interdicere, condemnare, abſoluere, inquirere, procurare, viſitare, & iudicare, & ſimilia, *Innoc. in cap. paſtoralis de donationibus, Imol. in c. de monachis de prabend. et dignitatibus, Felyn. in c. auditis de præſcriptionibus, Sbrozz. de off. Vic. lib. 3. q. 102. Reg. de Marin. lib. 1 reſol. quot. c. 1. n. 6. et 7.*

Hæc autem nô dicitur propriè cura,
3 ſed poteſtas, & iuriſdictio contentioſa, *c. accepimus de priuilegijs, c. per exemptionem de priuilegijs lib. 6.* de quibus iuribus tractat plenè *Abb. in c. conquærente de off. ordin.*

Poteſt autem contentioſa iuriſdictio cura appellari ex fine, eiuſque finis eſt
4 mederi peccatori in morbo peccati iacenti, vt per pœnitentiam ſatisfaciat eccleſiæ, quam propria iniuria affecit, & ad eccleſiam, vti matrem redeat per excommunicationem, ſuſpenſionem, & coertionem, *arg. c. ad Apoſtolicæ de ſent. & re iudicata lib. 6. Graff. deciſ. 1. cap. 97 n. 4.*

n.4.Maſcard. de probationibus concl.436. Foller in prag.5.de abilitationib.n....

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſecularis, quando ſpectat ad religioſos, quòad tẽporalia, ideſt reſpectu adminiſtrationis in temporalibus, & tunc propter religioſorum inopiam poſſunt percipere fructus reſeruata portione rectori.*

2 *Religioſi, quando habent eccleſiæ adminiſtrationem habent ſimiliter præſentationem Epiſcopo ad quem ſpectat inſtitutio.*

QVAESTIO XXI.

An, & quando eccleſia ſecularis ſpectat ad religioſos, quòad tẽporalia, an poſſint aliquid reſeruare de fructibus reſeruata portione clerico inſtituto?

PRima concluſio: Eccleſia ſecularis, quando ſpectat ad religioſos quòad temporalia, ideſt reſpectu adminiſtra-
1 tionis in temporalibus, & in hoc caſu militat diſpoſitio formalis, *c.de monachis. de prebendis, & dignitatibus.*

Secunda concluſio propter religioſorum inopiam, quando Papa, vel Epiſcopus conceſſit eccleſiam, quòad temporalia, & in hoc caſu reſeruata portione rectori, talis conceſſio operatur, vt poſſint religioſi percipere fructus,& redditus,& in propriam vtilitatem conuertere, portione congrua aſſignata rectori, *c.paſtoralis de priuilegijs,cap.paſtoralis de donationibus,glo.in clem.1.de ſupplen.neglig. Prælat. Azor.inſtit.moral. par.2.c.29.q.2.*

Tertia concluſio: rector debet habere congruam ſubſtentationem, vt poſſit ſe ſubſtentare,& ſoluere iura Epiſcopalia,& alia onera ſubire, *Surdus de alimẽtis tit.4.quæſt.22.num.44.Gratian.diſcep. foren.c.366. Valenz. in conſ.54.n.42.*

Et habebunt Religioſi præſentatio-
2 nem Epiſcopo, & temporalium adminiſtrationem, *glo.in c.1.de reg.iuris lib.6.* facit, *c.viſis 16. q.2. Barboſ. de off. Paroch.c.2.n.158. Abb.in c.Auaritiæ de prebend.& dignitatib.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſecularis, quando ſpectat religioſis, quòad temporalia, & ſpiritualia, pleno iure religioſi habentur ſicut quilibet Ordinarius.*

2 *Conſuetudo eccleſiæ ſeruanda eſt.*

3 *Eccleſia ſecularis quando eſt ſubiecta religioſis, quòad collationem, ſed poteſtas & dominiũ in populum ſpectat ad Epiſcopum, tunc neque poſſunt religioſi ſe extendere ad redditus.*

4 *Eccleſia ſecularis, quando eſt ſubiecta, & non populus religioſi poſſunt interponere auhtoritatem in alienatione rei eccleſiaſtica.*

5 *Conſuetudinis vis magna eſt, & ſeruanda eſt, & dicitur pars iuris ciuilis,n.6.*

QVAESTIO XXII.

An,& quando eccleſia eſt ſubiecta religioſis quòad temporalia, & ſpiritualia, an poſſint percipere fructus, vel redditus reſeruata portione rectori inſtituto?

PRima concluſio: Eccleſia quando eſt ſubiecta religioſis,quòad tẽporalia,& ſpiritualia,tũc diſtinguas, aut eſt ſubie-
1 ctus populus pleno iure, & tunc non habet locum formalis diſpoſitio, *c. de Monachis de prebendis,& dignitatibus.*

Quia in hoc caſu religioſi habent plenam inſtitutionem, nec eſt neceſſe recurrere ad Epiſcopum, *Abbas in d. c. de monachis*, quia ibi religioſi ſunt ſicut quilibet Ordinarius, qui ordinat eccleſiam de rectore, *glo.in clem.quia regulares*

*res de ſuppl. neglig. Prælat. Abb. in c. cum
inter de ſent. & re iudicata, idem in c. con-
querente de off. ordin.*

Niſi aliter habeat conſuetudo, quæ
2 ſeruanda eſt, *c. vnico de cappell. monacho-
rum lib. 6.* facit, *cap. quoniam de priuileg.*
facit, *l. ſi fundus, ff. de euictionib. Gutier.
pract. qq. lib. 1. q. 19. n. 34.*

Secunda concluſio: aut eſt ſubiecta
tantùm eccleſia, & non populus, & tūc
3 quia religioſi habent inſtitutionem ti-
tuli collatiuam, ſed poteſtas, & domi-
nium populum ſpectat ad Epiſcopum,
& in hoc caſu non poſſunt ſe extende-
re ad fructus, vel redditus, *Abb. in dict.
c. de Monachis, & in c. auaritiæ de præben-
dis, & dignitatib.*

Ampliatur primò, quando eccleſia
4 eſt ſubiecta, & non populus modo, quò
ſupra religioſi poſſunt interponere au-
thoritatem in alienatione rei eccleſia-
ſticę, *glo. in clem. ne in agro domini de re-
gularibus, Abb. in c. 2. de tranſactionibus
idem in c. cum & plantare de priuilegijs.*

Ampliatur ſecundò, ſi conſuetudo
5 extat, vt aliquid religioſi capi, aut de
Eccleſiæ redditibus ſeruanda eſt, *Ioan.
And. in c. ſtatutum de electione lib. 6. Abb.
in c. 1. de capp. Monach. Sotus de relig. to. 1.
tract. 2. lib. 1. Zerul. Epiſcopus Minorenſ.
par. 1. in verbo decima, §. 2. & 3.*

Hinc eſt, quòd ſemper conſuetudi-
nes eccleſiarum ſeruandas eſſe, dixit
Abbas in conſ. 9. par. 1. & magna dicitur
vis conſuetudinis, & pro lege habetur,
*l. ſed ea quæ, ff. de legibus, Gutier. practic.
qq. lib. 1. q. 9. n. 3.*

6 Et conſuetudo dicitur pars legis ci-
uilis, §. *conſtat, & § ex non ſcripto inſtitut.
de iure naturali gent. & ciuil. gloſ. in c. cum
conſuetudinis in verbo conſenſu de conſue-
tudine, Vantius in tract. de nullitatibus ex
defectu iuriſdictionis, Sbrozz. de off. Vic.
lib. 1. q. 20. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus laicorum poteſt ſpectare
ad religioſos pluribus modis, numero 2.
& 3.*

4 *Ius patronatus laicorum, quando ſpectat
ad religioſos, ſi laici patroni non habe-
bant, niſi solùm, & ſimplex ius patrona-
tus, ſine ius præſentandi religioſi, ad
quos eſt ius patronatus translatum, non
habent niſi solùm, & ſimplex ius patro-
natus cum omnibus iuribus, quæ laicis
competebant, num. 5.*

6 *Qui confirmat, aliquod ius non tribuit de
nouo, sed tantùm primæuum confirmat.*

7 *Electus à capitulo, & confirmatus à Papa,
dicitur creatus à Papa, & non à capitu-
lo, idem in officiali electo per vnum, &
confirmatum per alium, nu. 8.*

QVAESTIO XXIII.

Quibus modis ius patronatus po-teſt ſpectare ad religioſos.

Vidimus in præcedentibus quæſtioni-
bus, quibus modis eccleſiæ ſecula-
res ſpectant, & ſpectare poſſunt ad re-
ligioſos, videndum eſt, quibus ſimili-
ter modis ius patronatus laicorum ſpe-
ctare poteſt ad religioſos.

1 Primò, laicorum donatione, *c. ex inſi-
nuatione de iure patronatus, Cald. in conſ.
16. eod. tit. Reg. de Marinis reſolut. quotid.
lib. 1. c. 230. n. 1. & 2.*

2 Secundò ſucceſſione, *c. conſiderandum
16. q. 7. c. conſultationibus de iure patrona-
tus, & cap. conſultationibus de donationi-
bus, Caputaq. deciſ. 284. p. 1.*

Tertiò, emptione hæreditatis, in qua
ius patronatus ineſt, cum qua ius pa-
tronatus tranſit cum Vniuerſitate bo-
norum, *c. de iure,* iuncta *glo. de iure patro-
natus, glo. in c. pia mentis 16. q. 7. Cald. in
conſ. 13. de iure patronatus.*

3 Quartò, ex cauſa legati, *c. cum ſæculū,*
iuncta *glo. 1. de iure patronatus, in cap. ex
literis eod. tit. Calder. in conſ. 16. eod. tit.*

Quintò, per acquiſitionem villæ, vel
caſtri, in quibus ius patronatus ineſt, *d.
c. ex literis, Calderin. in conſ. 10. de iure
patronatus.*

4 Et ex his enumeratis modis transla-
tionum iuris patronatus, ſi patroni laici

non habent, niſi ſolùm, & ſimplex ius
patronatus, ſeù ius præſentandi cleri-
cos ad beneficia, religioſi, ad quos eſt
ius patronatus eſt translatum; ſolùm,
& ſimplex ius patronatus habebunt cũ
5 omnibus iuribus, quæ laicis ſpectabãt,
gloſ. in clem. 1. de iure patronatus, facit, *l.*
ſi filius, C. de donationibus, c. nouerint 10.
q. 4. latè diximus *in qu. antecedente.*

Ampliatur etiamſi in d. translatione
accedat Epiſcopi conſenſus, vel autho-
ritas, quia plus iuris in religioſos trãſ-
ferri non poteſt, *Abb. in c. de monachis*
de præbendis, Socc. iunior in conſ. 75. *n.* 28.
lib. 2. *Menoch. de arbitr. q.* 63. *n.* 12. *lib.* 1.
6 Ratio eſt; quia qui cõfirmat aliquod
ius de nouo non tribuit, ſed tantùm
primæuum confirmat, *c. inter dilectus*, §.
cæterum, de fide instrum. c. dilecto, §. *non*
igitur de confirm. vtili, vel inutili, Decius
in conſ. 457. *n.* 1.

Limita primò, in electo à capitulo, &
confirmato à Papa, quia dicitur crea-
7 tus à Papa, & non à capitulo, *Angel. in*
auth. de defenſ. ciuit. col. 3. *Bertach. in trac.*
de Epiſcopo p. 2. *lib.* 2. *verſ.* 3. *tenendum eſt.*

Limita ſecũdò, in officiali electo per
vnum, & per alium confirmato, quia in
hoc caſu, qui confirmat, dat, *Bart. in l.*
8 *more maiorum, ff. de iuriſd. omnium iud.*
Bald. plenè in *l. en placito, C. de rei vendi-*
catione.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus ſi habebat ius patronatus in eccleſia, & adminiſtrationem in temporalibus, & transfertur ad religioſos, trãſfertur etiam adminiſtratio in temporalibus.*

2 *Ad laicos poteſt ſpectare adminiſtratio in temporalibus cum iure patronatus ex legitima præſcriptione.*

3 *Patronus quando tempore fundationis eccleſiæ cõtulit dotem, & eam ſubiecit religioſis de conſenſu Epiſcopi in præiudicium iurium Epiſcopalium aliquid fieri non poteſt, n.* 4. *tamen in fauorem religioſorum pleniſſima debet fieri interpretatio, vt aliquod cõmodũ capiãt, n.* 5.

QVAESTIO XXIV.

An, & quando laicus habens ius patronatus in eccleſia, & eccleſiæ adminiſtrationem in temporalibus, & transfertur ad religioſos, an transferatur etiam adminiſtratio in temporalibus.

PRima concluſio: patronus, quando
habebat ius patronatus in eccleſiæ,
1 eiuſque adminiſtrationem in tempora-
libus ex Summi Pontificis conceſſione,
vel ab Epiſcopo, vel ab eo, qui hoc ius
concedere poteſt, *c. nobis de iure patro-*
natus.

Et transferatur ad religioſos, tranſ-
fertur ius patronatus, & etiam admi-
niſtratio in temporalibus, & omne id
quòd primi patroni habebant cum om-
nibus iuribus, *cap. paſtoralis de donationi-*
bus, c. vltimo 16. *q. vltima, cap. in ſumma*
16. *q.* 7.

Ampliatur primò, in hoc caſu milita-
re diſpoſitionem *c. de monachis de præ-*
bendis, & dignitatibus, vt reſeruata ec-
cleſia in ſuo congruenti ſtatu, & por-
tione congrua rectori aſſignata, poſſunt
de fructibus, & eccleſiæ redditibus in
propriam vtilitatem conuertere, *gloſ. in*
extrauag. 2. *in verbo, vel perſonis de ele-*
ctione, Abb. in conſ. 101. *n.* 2. *p.* 1.

Ampliatur ſecundò, etiam ſi ad lai-
cos ſpectabat adminiſtratio in tempo-
2 ralibus ex legitima præſcriptione, *c. au-*
ditis de præſcriptionibus, c. cura, & ibi *gloſ.*
de iure patronatus c. Adrianus 63. *diſt. iuncto*
c. decernimus. iuncta *glo. de iudicijs c. benè*
quidem 96. *diſt.*

Ratio eſt, quia dũ transfertur ad per-
ſonas habiles, ius patronatus trãſfertur
etiam adminiſtratio in temporalibus,
facit, *cap. paſtoralis de decimis, c. ex litte-*
ris de pignoribus, facit, *l. alienatio, ff. de*
contrah. empt.

An-

Ampliatur tertiò, procedere etiam quando patronus tempore fundationis
3 eccleſiæ contulit dotem eccleſiæ, & tã ſubiecit religioſis de conſenſu Epiſcopi, hoc enim caſu in præiudicium iuriũ
4 Epiſcop. aliud aliquid fieri non poteſt, *c. cum ſecularium de iure patronatus, c. inter dilectos de donationibus, c. quia monaſterium de religioſis domibus.*

Tamen in hoc caſu in fauorem religioſorum pleniſſima debet fieri interpetratio, vt aliquid commodum capiat
5 ex dicta dotis aſſignatione, & habet locum diſpoſitio, *d. c. de monachis*, nam talis conceſſio debet aliquid operari, *c. ſi Papa de priuileg. lib. 6. facit, l. 1. ff. de milit. teſtam. & l. 1. ff. ad municipal.* conferunt tradita per *Regentem Rouit. in prag. 12. nu. 6. de Baronibus.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſeculares quando pertinet ad religioſos ex donatione Epiſcopi, ſi certa forma fuit in donatione appoſita, illa ſeruanda eſt.*

2 *Donatio quando fit ab Epiſcopo debet fieri cum capituli conſenſu communicatò cõſilio cum tractatu, & ſubſcriptione omnium de capitulo, & conſenſu, & ſuperioris authoritate.*

3 *Eccleſia quãdo donatur ab Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus religioſis, pleniſſima debet fieri interpetratio in religioſorum beneficium, n. 4. tamen cathedraticum, & viſitationem eccleſiæ retinet Epiſcopus, & alia iura Epiſcopalia, n. 5.*

QVÆSTIO XXV.

An, & quando eccleſia ſecularis ſpectat ad religioſos ex donatione Epiſcopi, an poſſint de temporalibus, vel eccleſiæ redditibus aliquid diſponere?

PRima concluſio; eccleſia quando pertinet ad religioſos ex donatione Epiſcopi, in hoc caſu ad formam donatio-
1 nis eſt aduertendum, ſi fuerit appoſita conditio, & certa forma illa ſeruanda eſt, *l. traditionibus, c. de pactis, c. ad apoſtolicæ de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſen. capit. Iulius Capon. de pactis, & ſi ipulat. q. 35. n. 2.*

Si eccleſia donauit quoad temporalia locum habebit diſpoſitio, *c. de monachis de præbendis*; ſi Epiſcopus habebat temporalia, & tẽporalium adminiſtrationem, *c. paſtoralis de donationibus.*

Dummodò hæc donatio fiat cum
2 capituli conſenſu communicato conſilio cum tractatu, & ſubſcriptione omnium de capitulo, & ſuperioris authoritate, *d. c. paſtoralis, c. ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu capituli, Abbas in c. 34. par. 2. facit, l. præſes, c. de tranſactionibus, c. fin. de off. Vicar. lib. 6.*

Iura tamen Epiſcopalia ſunt illæſa, *Ripa reſponſo 10. de legib. & conſuetudin. lib. 1.* & remanet eccleſia ſubiecta.

Epiſcopo, cum cura animarũ, & dominio in populum, alijſque iuribus Epiſcopalibus, *c. per exemptionem de priuilegijs lib. 6. Berous in conſ. 24. n. 17.*

Ampliatur, quando fuit eccleſia donata ab Epiſcopo, vel ab eo, qui hoc
3 concedere poteſt in ſpiritualibus, & tẽporalibus, tunc pro regula generali tenendum eſt, vt in beneficium religioſo-
4 rum pleniſſima interpetratio facienda ſit, *Calderin. in conſ. 6. de donationibus*, ſi Epiſcopus habebat temporalia, vel tẽporalium adminiſtrationem, *c. Abbatem*, iuncta *gloſ. de priuilegijs lib. 6.*

Tamen cathedraticum, coertionem, & viſitationem, & omnia, quę verſan-
5 tur in iuriſdictione retinet Epiſcopus, *d. c. paſtoralis de donationibus*, iuncta *gloſ. in verbo cathedraticum, Imol. in c. de monachis n. 7. & 8.* niſi ſpecialiter ea remiſerit, *Rebuff. in prax. beneſ. in tit. de vnionibus glo. 11. n. 13.*

Nam ius Epiſcopale genus eſt, habẽs ſub ſe multas ſpecies, quarum multæ enumerantur per *Abbat. in cap. conqueriate*

rente de off.ordin.& per gloſ.in cap.2. de cappell.Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi quando habent eccleſiam ex propria fundatione habent in ea temporalia, & temporalium adminiſtrationem, & habebunt ſimiliter ius præſentandi clericos Epiſcopo, niſi eccleſia ædificata habeat priuilegium exemptionis, nu.2. & 3.*

4 *Religioſi ſemper, quòd non habent nudum ius præſentandi, & habent dominium temporalium, poſſunt ſe extēdere ad fructus, & redditus reſeruata eccleſia in ſuo ſtatu.*

QVAESTIO XXVI.

An, & quando religioſi habent eccleſiam ex propria fundatione, an poſſint de fructibus, vel redditibus ſibi ipſis appropriare reſeruata eccleſia in ſuo ſtatu, & portione rectori aſſignata?

PRima concluſio: religioſi quando habent eccleſiam ex propria fundatione, & tunc ſi eſt ædificata in ſubſidium prioris eccleſiæ, prima eccleſia ſecundā
1 habebunt ſubiectam, quoad temporalia, & temporalium adminiſtrationem, *gloſ.in c.de monachis de præbendis, c.1.16. q.2.* & militat diſpoſitio, *d.c.de monachis, Felyn.in c.auaritia de præbendis.*

2 Et habebunt ſimiliter ius præſentandi clericos Epiſcopo, ſi ius patronatus conceſſum fuerit ab Epiſcopo, nam per fundationem, & eccleſiæ conſtructionem cum Epiſcopi conſenſu, ius patronatus conceditur, *c. quoniam de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo, & conſtruxit qu. 1. Vincen.in prax.iuris patronat.c.10.lib.10.*

Niſi clerici in eccleſia ædificata per
3 religioſos haberent priuilegium exēptionis cū omnibus cappellis habitis, & habendis per ſpecialem prouiſionem, *c. auditis de præſcriptionibus, Abb.in conſ. 39.par.2.*

Ampliatur, & pro regula generali tenendum eſt, ſemper quòd religioſi nō
4 habent nudum ius præſentandi, vel conferendi, & habent dominium temporalium reſpectu adminiſtrationis, tunc ſemper poſſunt ſe extendere ad redditus, & fructus, & prouentus, & poſſeſſiones, & in propriam vtilitatem conuertere eccleſia in ſuo congruenti ſtatu reſeruata, & rectori congrua ſubſtentatione ſtatuta, *Abb.in d. c.de Monachis de præbendis.*

SVMMARIVM.

1 *Portio aſſignanda clerico inſtituto, vel rectori per religioſos debet eſſe ſufficiens pro ſe, & ſuis, vndè honeſtè poſſit viuere, & ſoluere iura Epiſcopalia.*

2 *Rector inſtitutus debet habere ſufficientiam pro ſe, & ſaltem pro clerico.*

3 *Sufficientia, & ſubſtentatio rectoris perpenditur conſideratis viribus beneficij qualitate perſonæ, & numero miniſtrorum arbitrio ſuperioris.*

4 *Reſpectu portionis aſſignandæ rectori de fructibus beneficij conſuetudo ſi extat ſeruanda eſt.*

5 *Facultates eccleſiæ quando ſunt aucta portio ſimiliter debet augeri, & è contra.*

6 *Conſuetudo localis legem vincit.*

QVÆSTIO XXVII.

An, & quanta debet eſſe portio aſſignāda rectori per religioſos?

PRima concluſio: portio aſſignanda rectori, vel beneficiato per religio-
1 ſos debet eſſe ſufficiens, *c. expoſuiſti de præbendis.*

Vt ſufficiat ſibi, & ſuis, *c. ſtudeant 50. diſt.* vndè honeſtè poſſit viuere, ſoluere

iura

iura Epiſcopalia, & alia onera ſubire,
Abb. in c. ex parte de præbendis, c. ſicut de
ſupplend. neglig. Prælat. Garcia de beneſic.
c. 2. n. 18. Rebuff. in tract. de congrua qu. 9.
n. 61. Maſſobr. in praxi Epiſcop. requiſit. 1.
dub. 17.
2 Ampliatur primò congruam ſubſtē-
tationem debere eſſe ſufficientem pro
rectore, & ſaltem pro vno clerico, *Ab-*
bas in c. cum adeò de reſcriptis Reg. Valenz.
in conſ. 54. n. 42. Surdus de alimen. lib. 9.
q. 23. n. 44. Barboſ. de offic. Parochi cap. 1.
nu. 154. in fin. Vivian. in prax. iuris patro-
natus lib. 4. c. 1. par. 1.
Ampliatur ſecundò, ſufficientiam
3 perpendi cōſideratis viribus beneficij,
qualitate perſonarum, & numero mi-
niſtrorũ arbitrio ſuperioris, *c. de multa,*
& ibi plenè *Abb. de præbendis gloſ. in c.*
Epiſcopus in verbo neceſſaria eod. tit. Gra-
tian. diſcept. forenſ. c. 366. n. 17. Campan.
in diverſ. iuris can. rubr. 7. c. 63. num. 106.
Regens de Marinis lib. 1. reſolut. quotid.
cap. 227.
4 Ampliatur tertiò, reſpectu portionis
aſſignandæ ſi adeſt conſuetudo ſeruan-
da eſt, *c. in ſumma 16. q. 7.* ſi certam por-
tionem de conſuetudine percipiũt ſer-
uanda eſt, facit, *l. minimè, ff. de legibus,*
Alex. in conſ. 74. vol. 1. Vivian. in prax. iu-
ris patronatus lib. 4. cap. 1. par. 1.
Ampliatur quartò, ſi facultates ſunt
5 auctæ debet ſimiliter portio augeri, vt
de augumento ſentiant vtilitatem, *Ab-*
bas in c. cum clerici de pactis, & ſi faculta-
tes ſunt diminutæ debet ſimiliter portio
diminui, *clem. 1. de iure patronatus glo. in*
c. auaritiæ de præbendis, Regens de Marin.
in d. tract. reſolut. quot. lib. 1. c. 227.
Ampliatur quintò, eccleſiarum con-
6 ſuetudines ſemper ſeruandas eſſe dixit,
Pariſius in conſ. 112. vol. 1. & conſuetu-
dinem localem legem vincere, dixit
Puteus deciſ. 186. lib. 2. Ludouic. deciſ. Pe-
ruſin. 14. aliàs in deciſ. 67. n. 14. Gail. lib. 1.
qq. obſeruat. 36.
Sed *Barboſ. in tract. de offic. Parochi in*
c. 1. n. 154. citat *Bullam Pij V. incipit ad*
exequendum, per quam ſtatutum eſt hu-
iuſmodi portionem non poſſe eſſe vltra
centum, nec minus quinquaginta ad
quem te remitto.

Diſputatur per authorem celebris illa queſtio, an Abbas poſſit repudiare legatum rei immobilis in eccleſiæ beneficiũ non requiſito capituli conſenſu?

SVMMARIVM.

1 *Ante legati acceptationem dominium non dicitur verè acquiſitum.*
2 *Non eſt par ratio lucra nõ capere, & quæſita perdere.*
3 *Debitor poteſt præiudicare in acquirendis creditoribus, & Rector eccleſiæ poteſt præiudicare accipiendo canonem currẽtis anni ſi cenſus, vel emphyteuſis nõ eſſet ſoluta pro annis præteritis, & bona eſſent deuoluta.*
4 *Abbas legatum factum eccleſiæ repudiare non poteſt irrequiſito capituli conſenſu.*
5 *Prælatus tutori, & curatori æquiparatur.*
6 *Tutor pupilli non poteſt fundum legatum repudiare.*
7 *Eccleſia ſemper eſt in ſtatu minoris.*
8 *Prælatus conditionem eccleſiæ deteriorem facere non poteſt.*
9 *Propter negligentiam auferetur Prælatura, & iuriſdictio.*
10 *Prælati regulares poſſunt pro leuioribus cauſis amoueri, ſed author tenet contrarium, n. 11.*
12 *Tex. in c. per tuas de ſimonia per authorẽ declaratur.*
13 *Alienatio Prælato interdicta eſt bonorum eccleſiæ.*
14 *Idem iudicatur de actu, quàm de potentia ad actum reducibili.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXVIII.

An Abbas poſſit repudiare legatum rei immobilis in eccleſia beneficium non requiſito capituli conſenſu?

DVo ſunt inter ſe pugnantes opiniones, vna affirmatiua, altera negatiua.

Qui affirmatiuam ſequuntur ſententiam his mouentur argumentis quorũ.

Primum eſt: dominium non dicitur
1 verè acquiſitum ante legati acceptationem, *l. 1. ff. de fundo dotali*, vnde repudiando potius non acquirit, quàm alienat, *gloſ. in c. Nulli de rebus eccleſiæ non alienandis, Dominus Tulius Capon. in tract. de pactis, & ſtipul. q. 6. n. 21. fol. 45.*

Sed in acquirendo ſolemnitas non requiritur, quia non eſt par ratio in remiſſione, & in alienatione, *l. alienationis, ff. de verb. ſignif. Federic. de Senis in conſ. 9.*

Sumunt argumentum, *ex c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à maiori parte c. 10.* ex quo deducunt ſolemnitatem requiri, quando res eccleſiæ alienatur, quæ poſſidetur; ergo ſi non poſſidetur, non requiri, *Iaſon in l. ſeruus, nu. 12. C. de pactis, Barboſ. in conſ. 1. Paul. de Caſtr. in conſ. 371. n. 5.*

Et ante legati acceptationem res ab eccleſia non poſſidetur, quia non eſt
2 par ratio, lucra non capere, & quæſita perdere, *l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, ff. de donationibus inter virum, & vxorem, l. legatum, ff. de leg. 1. Capon. in d. tract. quæſt. 6. n. 21. fol. 45.*

Secundum argumentum eſt: debitor
3 poteſt præiudicare in acquirendis creditoribus, *tex. in l. qui tamen, ff. de his quæ in fraudem creditorum*, non tamen in acquiſitis, pro quo facit dictum *Cardinalis in clem. gratiæ de reſcriptis*, ex quo argumentantur renunciationem fieri poſſe de iure ad rem, *c. admonet de renunciatione*, ſecus autem de iure in re, *Salycet. in l. pactum, C. de pactis gloſ. in c. potuit de locato.*

Et ſicut rector eccleſiæ accipiendo canonem currentis anni poteſt præiudicare ſi emphyteuſis; vel cenſus pro annis præteritis non eſſet ſolutus, & eſſent bona ad eccleſiam deuoluta, *Richard. in l. 1. C. de Sacroſanctis eccleſijs.*

Tamen his non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror veriorem, & cum contrariam ſententiam, ego quoq; ſentio; nempè Abbatem legatũ rei im-
4 mobilis factum in eccleſiæ beneficium repudiare non poſſe irrequiſito capituli conſenſu, & ſuperioris authoritate ſubſcriptis iuribus, & authoritatibus.

Primò tutor, vel curator non habet
5 liberam adminiſtrationem rerũ, & bonorum pupilli, *l. lex quæ tutores de adminiſtr. tutor. Io: Rudng. variar. lect. feud. c. 29. n. 8. Anton. Gomeſ. variar. reſol. to. 2. tit. 13. n. 14.*

Et Prælatus tutori, & curatori æquiparatur, *c. fraternitatem*, iuncta *gloſ. in verbo procurator de donationibus, Abb. in conſ. 43. par. 1. c. 1. de in integrum reſtit.*

Nam non habet liberam adminiſtrationem, *12. qu. 1. c. fin. 14. quæſt. 1. §. 1.* & Prælatus dicitur eccleſiæ defenſor, non offenſor, *c. in canonibus 16. q. 1. c. vltimo de donationibus, Tiraquel. in tract. de priuileg. cauſ. piæ priuileg. 147. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. nono n. 2.*

Secundò, tutor pupilli non poteſt
6 fundum legatum repudiare, *l. magis puto, § ſi fundus, ff. de reb. eor. qui ſub tutela, & cura*, & eccleſia iure minoris vtitur, *c. 1. de in integrum reſtitutione, Felyn. in c. cum deputati de iudicijs.*

Et, quòd obtinet in rebus minorum, idem in rebus eccleſiarum, quæ multò ſunt fauorabilem minoribus, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 15. num. 11. Molin. de contractibus diſp. 466.*

Nam ſemper eccleſia eſt in ſtatu mi-
7 noris, *Bart. in conſ. 204. n. 40.* & eccleſia, & minor æquiparantur, *l. 2. C. de iure reipublicæ lib. 11. Molin. de iuſt. & iure diſp. 461. Roder. in tract. de annuis redditibus, q. 14. n. 21. Anton. Gomeſ. variar. reſol. to. 2. cap. 13.*

cap.13.in tit.de fideiuſ.verſ.4.extende.

Tertiò, legatum factum eccleſię Deo relinquitur, & nomine diuino eccleſia recipit, *Gratian.diſcept.forenſ.cap.18.* & Chriſti contemplatione, *Roland.à Valle in conſ.18.* & non Prælati perſona, ſed ipſa eccleſia conſideratur, *Maſcard.de probationibus concl.1250.n.151.Contard. in l.diffamari par.3.n.17. C.de ingen. & manumiſſ.Io.Valer.de differēt. inter vtrūque forum in verbo munera diff.1.n.5.Regens de Marinis reſolut. quot. cap. 1. per totum.*

8 Et Prælatus conditionem eccleſiæ deteriorem facere non debet, *d.cap.fraternitatem*, & ſi eſſet negligens in acquiſitis conſeruandis, poteſt Prælatura priuari, *gloſ.in c.per principalem in verbo negligenter 9.q.3 Thorus add.ad Tiraquel. de priuileg.cauſ.pia priuileg. 63. Stephan. Quarant.in ſuo bullar.in tit.de alienat.rer. eccleſiaſt.in verbo hanc regulam, num.23. verſ.ſed vereor.*

Et bona eccleſiarum ſunt Chriſti domini patrimonium, *cap.cum ex eo de electione lib.6.& ex Sacro Conc. Tridentino ſeſſ.25.de reformat.cap.1.Reg. de Marinis in d.tract.lib.1.c.1.*

Hinc eſt, quòd propter negligentiā
9 aufertur Prælatura, & iuriſdictio ſine monitione, *c.cum olim de accuſationibus, c.cum ſimus 9.q.3.*

10 Et Prælati regulares de facili amouētur in Prælaturis, & ab adminiſtrationibus, *gloſ.in c.ea quæ in verbo abſque iudiciorum ſtrepitu de ſtatu monachorum*, & non ſeruandus eſt ordo iudiciarius, *Nauarr.in conſ.53.de ſent.excomm.*

Et etiam pro leuioribus cauſis Pręlati regulares amouentur, *c.per tuas*, iuncta *glo.in verbo leuioribus de ſimonia,cap. vltimo 16.q.1.glo.in c.inuentum 16.qu.7. gloſ.in extrauag.execrabilis in verbo negligenter de præbendis,& dignitatibus.*

11 Sed ego contra, & dico nunquam pro leuioribus cauſis, & culpis Prælatū amoueri debere; quia amotio à Prælatura dedecus eſt, *l.teſtamento*, iuncta *gloſ.ff.de manumiſſ.teſtamento*, & potius quis debet mortem pati, quam honorē perdere, *l.iſti quidem.§.pen.ff.de eo,quod metus cauſa*, & honor vitæ antefertur, *l. Iulianus,ff.ſi quis ommiſſa cauſ. teſtam.*

12 *Ad tex.in c.per tuas de ſimonia*, ſuppleri poteſt quando pro leuioribus cauſis graue ſcandalum ortum eſt, vel oriri dubitatur, quia tunc ad ſcandala euitanda poteſt Prælatura priuari etiam pro leuioribus cauſis, *c. cum teneamur de præbendis.*

13 Quartò Prælatis interdicta eſt alienatio, *c.ſine exceptione 12.q.2.cap.nulli de reb.eccl.non alienand.* repudiatio alienationis eſt ſpecies, *d.l.magis puto*, idem iudicatur in re quæſita, quàm de iure ad acquirendum præparato, *l.labeo,ff.de ſtatu hominum*, idem de actu, quàm de
14 potentia ad actu reducibili, *l.ſufficit, ff. de cond.& demonſtrat.Nauarr.in conſ.53. de ſent.excommunicat.Menoch.de arbitr. lib.1.caſu 171.cent.2.*facit, *l.qui actionem de reg.iuris.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ ad eccleſiam legatariam transfertur à die legati.*
2 *Vſura,& fructus legati pij debentur abſq; interpellatione.*
3 *Eccleſia acquirit legatum ex teſtatoris diſpoſitione.*
4 *Prælatus eſt perſona ab eccleſia ſubſtituta, quæ nec alienare, nec quicquam facere poteſt in eccleſiæ præiudicium.*
5 *Eccleſiarum bona publicæ vtilitati ſunt deputata.*
6 *Abbas in acquirendis conditionem eccleſiæ facere poteſt deteriorem, quomodo intelligi debet.*

§. I.

RESponſa ad argumenta contraria ad primum argumentum reſpondetur,
1 dominium rei legatæ ad eccleſiam legatariam transferri à die legati, *l.à Titio,ff. de furtis,l.cum pater,§. ſurdo,ff.de leg. 2.* & tantùm verum eſt, quòd dominium per iuris diſpoſitionem transfertur in legatis pijs, *l.1.*iuncta *glo.C.comm. de legatis.*

Et

Et adeò legatum fauorabile eſt, vt à
2 die mortis legantis vſuræ debentur abſque interpellatione, *tex.eſt in l.ſancimus § ſuper omne tempus, C.de Epiſcopis, & clericis.*

Et dominium rei legatæ acquiritur eccleſiæ, in cuius fauorem legatum relictum eſt, *l.2.§.biduum, ff.quando appellãdum non ſit, Abb.in conſ.58.par.2. Amend. add.ad Præſid.de Franchis, dec.293.n.10.*

Parum vrget ſecundum argumentũ, quòd debitor poteſt præiudicare creditoribus in acquirendis, nam facili ſolutione tollitur, & dicimus eccleſiam eſſe
3 dominam, ipſamque acquirere legatum ex teſtatoris diſpoſitione, *Abbas in conſ. 3.par.2.*

4 Et Prælatus eſt perſona ab eccleſia ſubſtituta, quæ nec alienare, nec aliquid facere in eccleſiæ præiudicium, *Abb. in conſ.45.par.1. d.c.fraternitatem*, iuncta *glo.de donationibus.*

Et diuerſa ratio eſt in debitore, qui priuatum commodum reſpicit, & priuatam vtilitatem, aliud dicendum in ec-
5 cleſia, quæ publicam vtilitatem reſpicit, *c.videntes 22.q.1.c.ratio nulla de præbendis.*

Eccleſiarum bona publicæ vtilitati ſunt deputata, *gloſ.in c.2.in verbo de cauſis de præſcriptionibus, Aym. de antiquitat. temp.par.4. verbo tranſeo n.145. de Laurentijs deciſ.Auen.139.per totam, Regens de Marinis reſol.quot.c.1.lib.1.*

Vel aliter reſponderi poteſt Abbatẽ
6 in acquirendis conditionem eccleſiæ facere deteriorem in ijs, quæ à ſua dependent perſona, non eſſe prouidum, non induſtrium, imò deſidem, ignauũ, *glo.in d.c.fraternitatem in verbo non debet de donationibus, Ruding.variar.lect.feud. c.29 Quaranta in bull.in verbo hanc regulam num.22. Nauarr.in conſ.3.de accuſationibus.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati non poßunt ſine conſenſu capituli, et ſuperioris eccleſiæ præiudicare in alienationibus.*
2 *Monaſterium, vel capitulum repudiatione non obſtante, vel alienatione facta per Prælatum legatum, vel alienationẽ poteſt recuperare, etiamſi alienatio, vel repudiatio eſſet iuramento firmata, n.3.*
4 *Iuramentum contra eccleſiæ vtilitatẽ non tenet.*
5 *Minor iuramento non obſtante à tutore præſtito, poteſt bona alienata recuperare.*
6 *Iuramentũ non debet eße iniquitatis vinculum, & retractandum eſt.*
7 *Iuramentum quando non tenet, neque pœna, & quæ ſit ratio n.8.*
9 *Prælatus non poteſt cedere lui de iuribus eccleſiæ.*

QVAESTIO XXIX.

An id, quod firmatum in antecedenti quæſtione, in Abbate, qui non poteſt legatum repudiare procedat, nedum in Abbate, ſed etiam in omnibus Prælatis?

ID quod firmatum eſt in antecedenti quæſtione procedit, nedum in Abbate, verùm etiam in omnibus Prælatis ex
1 identitate rationis, qui non poſſunt ſine conſenſu capituli, & ſuperioris authoritate præiudicare eccleſijs in omnibus alienationibus, alijſque contractibus, *c. ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli, de Laurentijs dec. Auen. 139. Molin.de iuſt.& iure diſp.461. Regẽs de Marinis reſol.quot.lib.1.c.1.*

Ampliatur primò, vt repudiatione facta non obſtante ab Abbate, alijſque Prælatis legati in beneficium eccleſiæ, ſine conſenſu capituli, poſſe capitulum,
2 vel monaſtrium legatum repetere, *Innoc.in cap.ſuſcitata de in integrum reſtitutione, Nouarr.in conſ.53.de ſent.excommunicat.idem in com. de ſpolijs cleric.§.9. n.11. Anton.Gomeſ.variar.reſol.to.2.c.13. n.14. in tit.de fideiuſſorib.verſ.4.extende.*

Ampliatur ſecundò, etiam ſi repudia-

diatio, vel alienatio eſſet iuramento firmata, *Ruding. variar. lect. feudal. cap. 79. n. 24.* quia iuramento non obſtante poteſt monaſterium, vel capitulum contra repudiationem venire, & alienationem, & legatum reperere, *gloſ. in c. peruenit de iure iurando, de Laurentys deciſ. Auen. 129. n. 15.*

4 Ratio eſt, quia iuramentum contra
eccleſiæ vtilitatem non tenet, & retra-
ctandum eſt, *c. ſicut de iure iurando, Abb.*
in c. auditis de reſtitut. in integrum, Regens
de Martinis lib. 2. c. 58. n. 9.

Ampliatur tertiò, in minore, qui iura-
5 mento à tutore præſtito non obſtante
bona alienata per tutorem recuperare
poteſt, ſi ex dicta alienatione eſt læſus,
l. etiam, c. ſi tutor, vel curator, Nauarr. in
conſ. 53. de ſent. excomm.

6 Ratio eſt, nam iuramentum non de-
bet eſſe iniquitatis vinculũ, *c. Et ſi Chri-*
ſtus de iure iurando, Reg. de Martinis lib. 2.
cap. 8. num. 10. c. 58.

Ampliatur quartò, etiam ipſe Prælatus poteſt contra repudiationem venire, & legatum, vel alienata recuperare, *Guid. Pap. deciſ. 239. n. 1.*

Ratio eſt, quia iuramentũ, quòd ſeruari non poteſt ſine interitu ſalutis ęternæ retractandum eſt, *Nauarr. in repetit. c. nouit ille de iudicijs notabil. 13. n. 23.* idẽ *in comment. de ſpolijs cleric. fol. 7. in princ. n. 12. Reg. de Marin. in d. tract. c. 58. n. 9.*

Hinc eſt, quando iuramentum tendit in eccleſiæ detrimentum retractandum eſt, *c. non liceat 2. q. 2. c. quod quis 35. q. 8. Amend. add. ad Praſid. de Franchis dec. 391. n. 8.*

Ampliatur quintò, etiam ſi eſſet ap-
poſita pœna vltra iuramentum, *c. intel-*
lecto de iure iurando, ea ratione ſi iura-
mentum, quod eſt digniùs, nõ tenet, ne-
que pœna, quæ eſt minor, nam iura-
7 mentum reſpicit animam, pœna verò
corpus, & anima eſt dignior corpore,
DD. in l. pacta, C. de pactis, Nauarr. in al-
leg. conſ. 53. de ſent. excomm. Ruding. va-
riar. lect. feud. cap. 79. n. 24.

Ampliatur ſextò, vt nec Prælatus poſ-
9 ſit cædere liti motæ ſuper iuribus ec-
cleſiæ, ſi eſt ſuper re tali, quàm ipſe Prælatus ſolus alienare non poteſt. *Abb. in cap. dudum de electione, Roland. in conſ. 76. num. 105. lib. 1. Decius in l. qui actionem de reg. iur.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſolius Prælati eccleſiæ nocere nõ poteſt, & nec obedientia ſolius Prælati, vel Abbatis exempti ſuperiori præſtita capitulo præiudicare poteſt, n. 2.*

3 *Prælatus ſine ſuperioris authoritate, & capituli conſenſu non poteſt compromittere ſuper iuribus eccleſiæ, & quæ ſit ratio num. 4.*

5 *Solemnitas, quæ requiritur in alienatione, requiritur in compromiſſo ſuper iuribus Eccleſiæ.*

6 *Prælatus tranſigendo non obligat ſucceſſorem, & dicitur bonorum eccleſiæ vſuarius, vel vſufructuarius, n. 7.*

QVÆSTIO XXX.

An cõfeſſio ſolius Prælati noceat eccleſiæ?

Confeſſio ſolius Prælati eccleſiæ no-
cere non poteſt, *glo. in c. de Conſtan-*
tinopolitana 27. diſt. ſi confeſſio eſt ec-
1 cleſiæ pręiudicialis, *glo. in cap. fin. de pra-*
ſcriptionibus, Menoch. de arbitr. caſu 433.
de Laurentys deciſ. Auen. 129. nu. 10. Reg.
Ron. in rub. de feud. in comm. ad pragm. de
feudis num. 2.

Ampliatur primò, vt nec obedientia
2 ſolius Pręlati, vel Abbatis exẽpti præ-
ſtita ſuperiori præiudicare poteſt capi-
tulo, vel monaſterio ad transferendum
ſubiectioni poſſeſſionem, *Innoc. in c. bo-*
næ, el ſecondo de poſtul. Prælat.

Niſi interueniat capituli cõſenſus, *Feder. de Senis in conſ. 8. Ant. Capyc. deciſ. 93.*

Ampliatur ſecundò, vt nec Prælatus
ſine ſuperioris authoritate, & capituli
3 conſenſu poſſit compromittere ſuper
iuribus eccleſiæ, *Blanc. in tract. de com-*
promiſſ. q. 8. princ. 32. Gemin. in c. 1. S. con-

tractus de reb. eccleſia non alienand.in 6.
4 Ratio eſt, quia qui non poteſt de ea
re liberè diſponere, non poteſt facere
compromiſſum, *Rolan. in conſ.76. lib.1.*
n.25.Lanfr.in tract. de arbitrijs in verbo
iuxta pollicitum, & per compromiſſum
ad alienationem peruenitur, *Lapus alleg.*
36.Canalc.deciſ.Fiuizan.45. Menoch.de
arbitr.caſu 433.Iulius Capon.in tract.de
pactis,& ſtipul.q.7.n.49.

Ampliatur tertiò, eam ſolemnitatē,
quæ requiritur in alienatione rerum ec-
5 cleſiæ, requiri etiam in compromitten-
do faciunt notata per *Bart.in l.nullis C.de*
tranſactionibus, Ruding.variar.lect.feud.
cap.79.n.12.Capon.in d.tract.d.q.7.

Ampliatur quartò, nam Prælatus trā-
6 ſigendo non obligat ſucceſſorem, ſed
tranſactio iudicatur perſonalis, *c.veniēs*
de tranſactionibus, Ant.Capyc.dec.93.

Ratio eſt, quia Prælatus eſt vſuarius,
vel ſecundum alios vſufructuarius bo-
norum Eccleſiæ, *Innoc.in c.Quintauallis*
de iure iurando, Guid.Pap.dec.110.nu.12.

LIBER

LIBER QVARTVS CANONICARVM QVAESTIONVM RESOLVTIONES DE ECCLESIÆ PRAELATIS.

SVMMARIVM.

1 *Prælati poſſunt conſiderari in larga, & in ſtricta ſignificatione, in larga ſignificatione, qui eſt, nu.* 2.

3 *Quilibet habens perſonatum dignitatem, vel officium in aliqua eccleſia dicitur Prælatus qui ſunt, n.* 4.

5 *Prælati ex eo nominantur; quia dignitate alios inferioris ordinis excedunt.*

6 *Archipresbyter Sanctæ Mariæ della Noua patria mea inter Prælatos connumeratur.*

7 *Vile id eſſe, quòd in loco vile reputatur, & id dignius, quòd pro dignitate habetur, & reputatur.*

8 *Quidquid ex conſuetudine reputatur pro dignitate dignitas eſt.*

9 *Dignitas ille maior eſt, quam homines exiſtimant pro dignitate.*

10 *Nobilis ille eſt, qui iure communi, vel patriæ ſtatuto, vel conſuetudine nobilis reputatur.*

11 *Archipresbyter eccleſiæ S. Mariæ Patriæ authoris habet inſignia deferendi almuſiam.*

12 *Dignitas magna eſt quæ à Summo Pontifice confertur.*

QVAESTIO I.

An, & quando, quis poteſt Prælatus appellari?

VIdimus in præcedenti quæſtione, an Prælatus poſſit repudiare legatum in eccleſiæ beneficium videndum eſt quis veniat appellatione Prælati.

1 Prælati poſſunt conſiderari in larga, & in ſtricta ſignificatione videbimus, primò quis dicatur Prælatus in larga ſi-
2 gnificatione, & poſt de Prælatis in ſtricta ſignificatione.

3 Prælatus in larga ſignificatione eſt omnis, qui alicui collegio, vel congregationi preæſt, *Abb. in c. requiſiſti de teſtamentis, idem in c. dudum de electione, Molin. de canon. c.* 14. *lib.* 2.

Vndè quilibet habens perſonatum dignitatem, vel officium in aliqua eccleſia dicitur Prælatus, *cap. bona* 12. *q.* 2. *c.* 1. & ibi, *Abb. de electione, Sbrozz. de off. Vic. in proœmio, Regens de Marinis lib.* 1. *reſol. quot. cap.* 1.

Abbas Archidiacon. Archipresbyter,
4 & quilibet Eccleſiæ collegiatę præfectus: Rector eccleſię Curatus dicuntur Prælati in larga tamen ſignificatione, *c.* 1. *de ætat. & qualit. ord. præficiend. Abb.*

in c.ea, quæ de off. Archidiacon., Sbrozz. de off. Vic. in proœmio.

5 Prælati ex eo nominantur, quia dignitate alios inferioris ordinis excedũt, *gloſ. in cap. bonæ memoriæ de electione*, & poſſunt viri in dignitate conſtitutis cauſæ committi, *Innoc. in c. de multa de præbendis, Io: And. in c. 1. de conſuetudine.*

6 Hinc infertur, vt Archipresbyter sãctæ Mariæ della Noua matricis eccleſiæ conſtructæ intra mœnia antiquiſſimi Caſtri patriæ meæ Tramontanæ romanorum Coloniæ, quæ antiqua, & nobilis eſt inter Prælatos connumerari poteſt.

Primò, quia dictus Archipresbyter habet ſub ſe cappellas in Matrice eccleſia, & ideò dicitur habere dignitatem, prout volut, *add. ad glo. in c. 1. in verbo cappellanę clerici, vel Monachi lib. 6. Lambertin. de iure patronatus lib. 1. par. 1. qu. 11. art. 4. Squillant. de oblig. cleric. part. 2. num. 58. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 21.*

Et pro tali ab omnibus ciuibus habita, & eam eſſe dignitatẽ, quæ ab omnibus ſecundum loci conſuetudinem reputatur pro dignitate tradidere, *Innoc. Hoſtienſ. & Imol. in c. de multa de præbendis, Corneus in conſ. 334. Abb. in cap. Non minus col. 3. verſ. veniamus de immunit. eccleſiarum, Barboſ. de off. Parochi c. 1. num. 9.*

7 Et per hoc dixit notabile verbum, *Abbas in d. c. non minus*, id vile eſſe, quòd in eo loco vile reputatur, & id digniùs,
8 & præſtantiùs, quòd pro dignitate reputatur, & exiſtimatur, *arg. l. labeo. ff. de ſuppel. leg. Nauarr. in conſ. 3. de verborum ſignificat.*

Hinc *Cardinal. Florentin. in clem. 1. de præbendis dixit*, quòd Archipresbyteratus eſt dignitas, *Bertrandus in conſil. 2. viſo proceſſu lib. 3. n. 10. Nicol. de Milis in repertorio in verbo Prælati, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 23. n. 3. Doctiſſimus Reg. Rouit. in prag. 1. n. 5. de titul. abuſ.*

Hinc dixit, *Bald. in c. 187. lib. 1.* quòd illa eſt maior dignitas, quã generaliter
9 omnes homines exiſtimant pro dignitate, per *tex. in l. Athletas, §. 1 de his qui notantur infamia, Nauarr. in alleg. conſ. 3. de verb. ſignif.*

10 Sicut nobilis eſt ille, qui iure communi, aut patriæ ſtatuto, aut conſuetudine nobilis reputatur, *Nauarr. ibidem, Rouit. in d. prag. 1. n. 53. de titul. abuſu.*

Secũdò, quia in eccleſia Metropolitana cæteros Archipresbyteros, & Primicerios Diœceſis antecellit, & primus incenſatur in primis Veſperis feſtiuitatis Diui Andreæ Apoſtolis totius ſtatus Amalphiæ patroni, quę celebratur 30. die menſis Nouembris, idemque ſeruatur in feſto translationis corporis eiuſdem Apoſtoli, quæ celebratur 8. die
11 menſis Maij, & habet inſignia deferendi Almuſiam, ſeù mozzetam coloris violacij.

Tertiò, & vltimo, quia dignitas eſt perpetua, & à Sũmo Põtifice confertur
12 in temporibus Suæ Sãctitati reſeruatis, & omnes, qui eam adipiſcuntur, illuſtrat, nã magna eſt dignitas, ea quę à Sũmo Pontifice confertur, & inter maiora ſacerdotia cõnumeratur, *c. Abbate de electione lib. 1. Sbrozz. de off. Vic. quaſt. 26. n. 23. Regens de Marinis in d. tract. reſol. quot. c. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Gaſpar Fontanella authoris pro patruus fuit Archipresbyter Sanctæ Mariæ della Noua, & author commendat religionem, & vitam exemplarem dicti Gaſparis, num. 2.*

3 *Author commendat multum clericos, & ſacerdotes ſuæ patriæ de eorũ bonis moribus, & literis.*

4 *Gaſpar Lucianus fuit ſimiliter Archipreſbyter dictæ eccleſiæ, & ab authore commendatur eius doctrina, & vita integritas, n. 5.*

6 *Recenſentur maiores authoris, qui in legali ſcientia floruerunt à n. 7. vſque ad num. 17.*

§. 1

§. *I.*

CLemens VIII.Summus Pontifex per-
ſonatum, & dignitatem vocat dicti
Archipresbyteratus dignitatem in bul-
la Reuerendiſſimi Domini Gaſparis Fõ-
tanellæ Prothonotarij Apoſtolici olim
Archipresbyteri dictæ Eccleſiæ Sanctæ
1 Mariæ mei pro patrui, qui quatuorde-
cim annis præfuit in d. Eccleſia ſacris
literis, morum grauitate, vitæq; incul-
patæ,& exemplari ornatiſſimi,quæ qua-
litates dignitatem in Prælato conciliãt,
vt notabiliter dixit, *Abb. in c.de multa
de prabendis,Barboſ.de off. Parochi cap.2.
par. 1 num.9.*

Animarum ſalutis feruẽtiſſimus erat
zelator verbi diuini prædicationibus in
2 confeſſionibus exercendis, alijſq; diui-
nis, & ſpiritualibus operibus toto tem-
pore, quo hac luce cæli fruebatur va-
cauit, talenta à Domino credita,prout
munus expoſcebat explicauit, vt meri-
tò dici poſſit alia, & duplicata talenta
ſuperlucratus fuit,& eius anima,quæ fi-
delis fuit in diuinis mandatis ſuper ter-
ram,immarciſcibilem,& copioſam mer-
cedem Dominus elargitus ſit in cœlis,
prout ſpero, & laudat eum in ſempiter-
na ſecula.

3 Ac ſimiliter dicta Eccleſia fulget ſa-
cerdotibus, qui ſacris literis,Pontificia,
canonica,& ciuili ſcientia præditi,mori-
bus honeſtiſſimi, religioſiſſimi, vt me-
ritò poſſunt omnes ciues lętari de clero
tã benè ordinato, graui,in diuinis ope-
ribus vigilantiſſimi, qui vltra alia ope-
ra pia, & ſpiritualia,quæ in animarum
ſalutem exercent, certò die conferun-
tur,& diſputantur in ſingulas hebdoma-
das caſus conſcientiæ cum aſſiſtentia
4 Reuerendiſs.Domini Gaſparis Luciani
Archipresbyteri dictæ eccleſiæ,qui de
dicta dignitate, & longè maiori dignus
eſt ab eius ſcientiam, & doctrinam, vi-
tæque integritatem, Doctorali, & Pro-
thonotarij dignitate inſignitus.

5 Et quia ſermo incidit de dicto mẽo
Reuerẽdiſs.Gaſpare Fontanella, ne in-
gratus videar circa alios meos maiores,
qui in legali ſcientia floruerunt dignum
mihi viſum fuit de eis aliquam memo-
riam facere.

Primò,occurrit mihi Dominus Anto-
nius Fontanella meus abauus, qui fuit
6 Doctor magni nominis, & ob eius ſciẽ-
tiam, & doctrinam meritis ſuffraganti-
bus fuit creatus fiſci patronus in pro-
uincia Principatus Vltra à Sereniſſimo
Carolo Quinto inuictiſſimo, fæliciſſimæ
recordationis, & Imperium, & omnes
ſucceſſores Dominus noſter conſerua-
bit Auſtriacam Coronam, prout ſpero
vſque ad cõſumatiõnem ſeculi vti fidei
noſtræ accerimos defenſores,& propu-
gnatores hinc Aquila Auſtriaca,inuicta
ſemper ſuper ætera volat.

Ioannes Andreas celeberrimus ſua
7 tempeſtate Doctor,& primarius Aduo-
catus in ſummo prætorio Sacri Regij
Conſilij Neapolitani Doctor inſignis.

8 Proſper Fontanella Regius Auditor
in Prouincijs Aprutij,& qui in vigeſimo
octauo anno ætatis ſuæ obijt, nam ad
maiora fuiſſet euectus.

9 Alphonſus Fõtanella miles,& æques
Hieroſolymitanus Sancti Ioannis, quæ
adeò præclariſſima eſt, & nobiliſſima
inter cæteras militias, & propter votũ
religionis habet, prout ſingulariter,
voluit *Sotus de iuſt. & iure lib.2. quaſt.5.
art.3.*

10 Iulius *Cæſar* Fontanella V.I.D.Iu-
dex magni Admirati Regni huius Nea-
politani.

11 Tiberius Fontanella meus auus pa-
ternus fuit Doctor profundæ doctrinæ,
qui vltra diuerſos magiſtratus ſummo
cum honore functos, additiones facit
ad Abbatem iuris canonici interpretẽ
profundiſſimũ, quas habeo manuſcrip-
tas.

12 Ioannes Camillus Fontanella V.I.D.
meus patruus magnus fuit Iudex in ci-
uitate Capuæ, & Gaetæ,

13 Alexander Fontanella meus patruus
doctoratus inſignia adeptus fuit in vi-
geſimo ſecundo ætatis ſuæ hinc ad pau-
cos menſes obijt,

Ho-

14 Honorandus pater meus Veſpaſia-
nus Fontanella bonæ memoriæ fuit ma-
gnus Doctor, & Auditor Regius in
Pro uincijs Capitinatę, & Comitatus Mo-
liſijs tempore præſidatus D.Emanuelis
Pōz de Lion militis hiſpani præſidis, tūc
15 temporis in dictis prouincijs, & poſteà
16 primarius aduocatus in Sacro Reg.Cō-
ſilio Neapolitano.

17 Reuerendiſsimus Ioannes Andreas
Fontanella ſacerdos, canonica, & ci-
uili ſcientia peritiſſimus, Abbas Sanctę
Mariæ protectionis, de iure patronatus
antiquo, & gentilitio mei Iacobi, & ma-
gnificorum Gaſparis, & V.I.D. Franci-
ſci Fontanella meorum fratrum, & ſuc-
ceſſorum, ſacris literis religione hone-
ſtate exemplari vita conſpicuus frater
meus amantiſſimus, qui in prædicatio-
nibus verbi Dei in confeſſionibus exer-
cendis, alijſque ſpiritualibus operibus
annis ſuperioribus diem ſuū clauſit ex-
tremum, diues in meritis, prout ſpero ad
ſuperos euolauit.

SVMMARIVM.

*1 Vitioſus ingreſſus non datur ad Prælatu-
ras.*

*2 Prælatus, vt appellari poſſit requiritur,
quòd dignitas ſit perpetua non tempora-
lis, ſed contrarium tenetur per authorem.*

*3 Rector eccleſiæ curatus poteſt Prælatus ap-
pellari in larga ſignificatione, & in actu
curæ animarum gerit vices Epiſcopi.*

*4 Dignitates plures ſunt habentes annexum
ordinem presbyteratus, & quæ ſunt nu-
mer. 5.*

QVAESTIO II.

Quæ requiſita concurrere debēt, vt Prælatus appellari poſſit.

MVlta concurrere debent, vt Præ-
latus appellari poſſit.

Primò requiritur, quòd ſit canonicè
electus, *c. 1. de reg iuris lib. 6. c. ex frequē-
tibus de inſtitutionibus*, quia ad Prælatu-
1 ras non datur vitioſus ingreſſus, *c. ex par
te de reſtitut. ſpoliat. clem. fin. de cauſ. poſ.
& proprietatis*.

Secundò requiritur, vt quibuſdam
2 placuit, quòd dignitas ſit perpetua, non
temporalis, *Decius in conſ. 51. Abbas in
c. de multa de præbendis*.

Quia ſi eſt dignitas amouibilis, vel
temporalis dignitas appellari non po-
teſt, nec Prælatus appellari, *c. 1. de con-
ſuetudine lib. 6.*

Sed ego contra, & dico, quia etiam
ſi dignitas eſt temporalis, vel amouibilis
Prælatus appellari poteſt, facit, *l. 1. ff. de
Senatoribus*, quia ſatis eſt, quòd poteſt
eſſe perpetua, facit, *l. eos, C. de excuſat. tu-
tor. Abb. in conſ. 21. par. 1. Regens Rouit.
in prag. 1. de titul. abuſu, n. 29.*

Hinc eſt, quòd rector eccleſiæ Cura-
tus, etiam ſi ſit amouibilis, vel tempo-
3 ralis poteſt Prælatus appellari in larga
tamē ſignificatione, *De Franch. dec. 403.*

Et in actu curæ animarum gerit vi-
ces Epiſcopi, *c. bona 12. q. 2.* & tantam
poteſtatem habet, quantam habet Præ-
latus cum capitulo in eccleſia collegia-
ta; *Rom. in conſ. fin.*

Idemque ſeruatur in propria eccleſia,
& dicitur Apoſtolorum Vicesgerens,
*Molin. de canon. lib. 2. c. 12. Aloyſ. Ricc.
in prax reſol. 304. n. 1.*

Tertiò, requiritur, & omnes, qui in
4 eccleſia obtineat Prælaturas ſint preſ-
byteri; *c. 1. de ætat. & qualit.* & ſi non re-
cipit ordines, quos Prælatura requirit
debet Prælatura priuari, *cap. ſtatutum de
reſcriptis*.

5 Nam plures ſunt dignitates habentes
annexum ordinē presbyteratus, vt Ab-
batia, Decanatus, Prępoſitura, & Archi-
diaconatus; & Archipresbyteratus, &
Rectoria, *Abb. in d. cap. de ætat. & qualit.
& in c. tertio loco eod. tit. n. 5.*

SVMMARIVM.

*1 Prælatus vniuerſalis eccleſiæ dicitur Sum-
mus Pontifex; & in l. eccleſia Dei mo-
narcha ſupremus appellatur, nu. 2.*

3 *Appellatione Prælatorum in ſtricta ſignificatione, qui veniant, n.4. & 5.*

6 *Omnes habentes beneficium fori exterioris cum iuriſdictione Prælati appellantur.*

7 *Generales, & Prouinciales Ordinum Regularium Prælati appellantur.*

8 *Prælati inferiores Epiſcopo habentes iuriſdictionem fori exterioris, poſſunt omnia exercere ad iuriſdictionem ſpectantia.*

QVÆSTIO III.

Qui veniant appellatione Prælati in ſtricta ſignificatione.

Vidimus breuiter quis dicatur Prælatus in larga ſignificatione videndũ
1 eſt, quis dicatur Prælatus in ſtricta ſignificatione.

2 Primò, Prælatus vniuerſalis eccleſiæ dicitur Summus Pontifex, qui in eccleſia Dei vniuerſali præeſt, *Abb. in q.1. n.2.* poteſtatem ſummam, & dominicã habens in ſpiritualibus ligandi, ſoluendi, à quo omnes Prælaturę, vt ab id in deriuato fonte emanant, & fluunt, & refluunt, *c. cuncta per mundum, 9. q. 3. c. vltimo de ſent. & re iudicata, de Laurentijs deciſ. Auen. 150. fin. n.9. Nauarr. in comm. de ſpolijs cleric. §.2. n.1. Regens de Marinis lib.1. reſolut. quot. c.1.*

In eccleſia Dei Monarcha ſupremus appellatur, *Hermeus de poteſtate Papæ c.1.*
3 & per totum plenitudinem habent poteſtatis, *cap. propoſuit de conceſſ. præbend. Caccialupus in tract. de penſion. q. 7. Guid. Pap. deciſ. 589. n.5.* dicitur apex dignitatum, *Sayr. de cenſuris lib.5. c.25.*

Appellatione Prælatorum in ſtricta
4 ſignificatione veniunt Cardinales, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Vicarij generales, Abbates, Præpoſiti, Generales, & Prouinciales Ordinum Regularium, & omnes, qui contentioſam exercẽt iuriſdictionem, quouis nomine appellantur, *c. cum ab eccleſiar. Prælatis de off. ordin. Bertach. in tract. de Epiſcopo in præludijs n.15. Reg. de Marinis in d. tract. c.1.*

5 Archipresbyteri, Decani, commendatarij plebani omnes, qui iura Epiſcopalia, & ordinariam exercent iuriſdictionem fori exterioris ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, ſiue priuilegio, vel præſcriptione, *c. decernimus de iudicijs, c. auditis de præſcriptionibus.*

Et omnes habentes beneficia fori ex-
6 terioris cum iuriſdictione Prælati appellantur, *cap. cum inter de conſuetudine, Andr. de Iſernia in c.1. quæ ſunt regalia, de Franchis deciſ. 407. Sayr. de cenſur. lib. 1. c.9. n.21. Barboſ. de off. Parochi c.28. §.5. num.26. 1. par. Reg. de Marinis in d. tract. c.1. per totum.*

Hinc eſt, quòd Generales, & Prouin-
7 ciales ordinum Regularium Prælati appellantur, *gloſ. in cap. dudum de ſepulturis,* quia in religioſos, & regulares ordinariam exercent iuriſdictionem, vt ex *Sacro Concilio Tridentino de reformat. c.3.*

Cum habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *d. c. cum ab eccleſiarum Prælatis,* iuncta *gloſ. in verbo eccleſiaſtica ſẽtentia, Nauarr. in conſ. 21. de temp. ordin.*

Et Prælati inferiores Epiſcopo habẽtes iuriſdictionem fori exterioris poſſũt iudicare, abſoluere, condemnare, exco-
8 municare, interdicere, viſitare, inueſtire, iuramento à vaſſallis exigere, & omnia facere, quæ ad iuriſdictionem ſpectant, *Sayr. de cenſuris lib.1. c.9. num.22. Barboſ. de off. Parochi c.28. §.4. in fine, Regens de Marinis,* latè *in d. tract. c.1.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quando promouetur, debet eſſe annorum triginta completorum.*

2 *Vſus rationis dicitur perfectus in ætate triginta annorum.*

3 *Promouendus in Epiſcopum debet eſſe ſaltem in Subdiaconatu, & debet eſſe liber, non de genere ſeruili.*

4 *Epiſcopus debet ſapere ſpiritualia, & temporalia, vnde ſimplex, & inexpertus promoueri nõ debet, n.5. ſed ſi eſt promotus debet dari coadiutor, n.6.*

7 *Epi-*

7 Epiſcopus dicitur iudex generalis animarum ſuæ diœceſis, & debet competenti ſcientia eſſe præditus, n.8. & debet eſſe decorus facie, non corpore vitiatus, n.9.
10 Bona corporis figura bonarum mentium ſignum eſt.

QVÆSTIO IV.

In Epiſcoporũ promotione, quæ requiſita interuenire debent.

NOtiſſima ſunt ea, quæ in promotione Epiſcoporum concurrere debẽt, qui primum locum inter prælatos habent, quæ nõ incongruè hic annotabo.
1 Primò, debet eſſe annorum triginta completorum, *c. cum in cunctis, §. inferiora de electione, Abbas in c. dudum, eodem titulo.*
2 Cuius ratio eſt, quia vſus rationis dicitur in illa ætate perfectus, *Bertach. in tract. de Epiſcopo lib. 2. cap. 39. Menochius de arbitr. caſu 423.* & ex *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12.*
Secũdò, Sacerdos ordo, quia promo-
3 uendus in Epiſcopũ debet eſſe ſaltẽ in ſubdiaconatu, *c. multis de ætat. & qual. Couarr. in relect. clem. 1. Furioſus 1. p. n. 8.*
Tertiò, pura voluntas, quia debet eſſe liber, & non ſeruus, nec de genere ſeruili, *vt toto tit. de ſeruis non ordinandis, Albert. Trot. tract. de vero, & perfecto cleric. lib. 1. cap. 2.*
Quartò, morum grauitas, quæ ex animi virtute naſcitur, *c. cum in cunctis de electione, Bertachin. in tract. de Epiſcopo 1 par. lib. 2. c. 39. Gutier. Canon. qq. lib. 1. cap 26. n. 34.*
Quintò, ſapientia, quia debet ſapere,
4 nedum ſpiritualia, ſed etiam temporalia. *gloſ. in d. c. cum in cunctis, Selua in trac. de benef. q. 3. n. 35. Pariſius de reſign. benef. lib. 4. q. 11.*
5 Vndè ſimplex, & inexpertus promoueri non debet, *c. niſi cum pridem de renunciat.* ſi tamen eſt prmotus non debet amoueri, nam multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris,* ſed debet da-
6 ri coadiutor, ſi eſſet magna ſimplicitas, & eſſet penitus illiteratus, quia ſimplicitas licet ſit bona ſibi, nocet alijs, *glo. in c. vltimo de ætat. & qualit. Bertach. in trac. de Epiſcopo lib. 2. par. 1. n. 62. Menoch. de arbitr. caſu 425. n. 45.*
7 Ratio eſt, quia cum ſit iudex animarum debet competenti ſciẽtia eſſe præ-
8 ditus, *c. quia propter, 8. qu. 1. Moneta de option. canon. c. 15. n. 39.*
9 Sextò, decorus facie, nam nõ debet eſſe corpore vitiatus, vt toto *tit. de corp. vitiatis, c. hinc etenim 49. diſt. Duar. de ſac. ſanct. eccl. miniſtr. c. 4.*
10 Hinc dicunt philoſophi bonam corporis figuram, bonæ mentis ſignum eſt, & ſpeciem corporis ſimulacrum eſſe mentis, quòd vulgò dicitur, qualis forma, talis anima, & pertius gratior eſt pulchro veniẽs à corpore virtus, *de Laurentijs deciſ. 57. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 Bonum teſtimonium famæ debet habere promouendus in Prælatum, nec illæſa, nec diminutæ dignitatis ſtatus, n. 2.
3 Fama præſumptionem bonam inducit, & proponenda eſt omnibus diuitijs, & crudelis eſt, qui eam negligit, nu. 4. & dicitur theſaurus indeficiens, n. 5.
6 Virtute animi gratia diuina comparatur.

QVAESTIO V.

An promouendus in Prælatum bonum famæ teſtimonium habere debeat?

PRomouendus in Prælatus habere debet bonum famæ teſtimoniũ ab his,
1 qui foris ſunt, *c. Daniel 81. diſt.* & in nullo eius opinio vacillare, *Auth. de monachis, §. cogitandum in auth. quomodo oportet Epiſcopum, Nauarr. in c. ſi quando n. 2. de reſcriptis.*
Ampliatur primò, fama debet eſſe il-
2 læſæ, nec diminutæ dignitatis ſtatus,

l. co-

l.cogitationum, §.exiſtimatio,ff. de varijs extraord. quę multum cooperari dicitur, nam per eam ad illuminandam veritatē multa in lucem emergunt, *l. de minore, §.tormenta, ff. de quæſtionibus, Selua in tr. de benef. p.3. q.5. n.35. Nauarr. in conſ.4. de renunciatione.*

Ampliatur ſecundò, famam præſum-
3 ptionem magnam in bonum inducere,
c. innotuit, §. multa de electione, & proponenda eſt omnibus diuitijs, *l. Iulianus, ff. ſi quis ommiſſa cauſa, Iacob. Sbrozz. de off. Vic. in proœmio, Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib.4. q.11. n.12.*

Ampliatur tertiò, crudeliorem eſſe
4 omni bellua, qui eam negligit, *cap. nolo*
12. q.1. & bona fama dicitur theſaurus
indeficiens, iuxta illud fama perennis
erit, *gloſ. in extrauag. execrabilis de præ-*
5 *bendis, Menochius de arbitrar. caſu 427.*
n.10. Nauarr. in conſ.4. de renunciat.

Ampliatur quartò, tanquam luminoſę, ardenteſque lucernæ ſuper candelabrum in domo domini fulgere debent Prælati per vitę puritatem, iuxta dictum Apoſtoli, fulgebunt *iuſti c. ſi religioſis de relig. lib.6.*

Hinc eſt, quòd non loci, vel generis
6 claritate, ſed virtute animi gratia diuina
comparatur, *c. illud 4. diſtin. Guttier. canon. qq. lib.1. cap.26. n.39. Maſſobrom. in praxi requiſit.3. dub.11. n.27.*

SVMMARIVM.

1 *Promouendus in Prælatum fulgere debet munditia, decore, & caſtitate.*
2 *Caſtitas ſola eſt, quæ poteſt animas Deo præſentare.*
3 *Omnis virtus patitur ab aliquo vitio detrimentum.*
4 *Promouendi vita nedum, quoad caſtimoniæ obſeruationem, immo inculpabilis quòad alia.*
5 *Exemplaris vita Prælatorum debet eſſe omnibus patens.*
6 *Virtutes in anima informari debent, vt bonus odor ſpiret.*
7 *Exempla plus mouent, quàm prædicatio.*

QVÆSTIO VI.

An promouendus in Prælatū fulgere debeat decore, & caſtitate?

PRomouendus in Prælatum debet fulgere munditia, & caſtitate, quem
1 deputatum ab omni carnis lubrico, de
qua, vtpotè Deo grata, *cap.1. 22. qu.8. Albert. Trot. de vero, & perfecto cler. cap.16. Garcia de benef. c.4. p.7. n.41.*

Ampliatur primò, ſolam caſtitatem
2 poſſe animas Domino præſentare, *§. ſā-*
cimus in auth. de lenonibus, Hond. de incompatib. benef. p.1. c.24. n.8. Bertach. in tract. de Epiſcopo lib.2. in verbo oſtendimus, nu.4. Emanuel in verbo beneficium, num.5.

Ampliatur ſecundò, fulgere debere Prælati candore, & nitore, & ab omni peccato, & vitio ſegregati deterſa eius macula, & in *auth. de monachis col.1.*

Aliàs parum eſſet caſtitatem cor-
poris ſeruare, & alijs vitijs maculari, cū
3 omnis virtus patiatur ab aliquo vitio
detrimentum, *c. conſideret de pœnis diſt. 8. Aloyſ. Ricc. deciſ.349.*

4 Ampliatur tertiò, promouendi vitam
nedum honeſta, quoad caſtimonię obſeruantiam, immo inculpabilis, quòad alia, *Bertachin. in tract. de Epiſcopo lib.4. par.4. in verbo primus igitur, nu.3. Felluc. qq. moral. tract.4. n.29.*

Ampliatur quartò, exemplaris vitam
5 Prælatorū debere eſſe omnibus patēs, vt
eius viſione ſedula exemplum, & profectum virtutis ſumatur, *c. cum paſtoris, 2. q.8.* & talis vitæ puritas, quem promotione dignum reddat, *c. innotuit de electione, Sbrozz. de off. Vic. in proœmio, Nauarr. in conſ.4. de renunciat. Aloyſ. Ricc. in prax. reſolut.512. 2. editione.*

Hinc eſt, quòd cuius vita deſpicitur, prædicatio contenditur, *§. porrò, 3. q.2. Abb. in c. conquærente de off. ordin. Barboſ. de off. Parochi c.1. n.4. Albert. Trot. de vero, & perfecto cleric. lib.2. c.16.*

Et ſicut gemmæ, lapideſque pretioſi, auro annexi nitent, & in capite, & manibus Prælatorum lucent; ita virtutes in
6 anima informari debent, vt bonus odor ſpiret, *glo. in c.1. de ſacra vnctione*, & eorum vita irreprehenſibilis ſit ſtimulus diſcolis, & deuijs ad vitam eorum in melius commutandam, *glo. in extrauag. execrabilis in verbo vitæ puritate de præbendis, Abb. Carpenterius in tract. de vita Beat. Bernard. Tholom. lib. 3. c. 2.*

7 Et plus mouent exempla, quàm prædicatio, *Abb. in c. de multa de præbendis, Abb. Carpent. ibidem.*

SVMMARIVM.

1 *Digna, & congrua ratio eſt Prælati debere alios in virtutibus excellere, quia alios in dignitate excellunt.*
2 *Epiſcopi, & Prælati ſunt hominum ſpecula.*
3 *Vita Prælatorum in exemplo imitationis poſita eſt.*
4 *Prælati tanquam luminoſæ, ardenteſque faces lucem bonorum operum emittere debent.*
5 *Prælatus debet eſſe liberalis verbo, et opere.*
6 *Epiſcopus pater pauperum appellatur, & ex debito pauperes iuuare tenetur.*
7 *Epiſcopis debetur honor, & reuerentia.*
8 *Dignitas ex cauſa morum diſſolutorum vileſcit.*
9 *Viliſſimus computandus eſt, qui alios dignitate eſt præſtantior, niſi alios ſcientia, & doctrina, vita probitate antecellat.*
10 *Optimum decent, optima ſicut peſſimũ, peſſima.*
11 *Prælati à vitijs abſtinere debent, & quæ mala inſurgunt ex publico crimine prælati, & quæ ſint, vide, n. 12. & 13.*
14 *Oratio porrigenda eſt per benè diſpoſitum, contritum, & pœnitentem.*
15 *Sacerdotes meliores eligendi ſunt pro miſſis celebrandis, & orationibus Deo porrigendis.*

QVÆSTIO VII.

Ratio, quæ ſit, quòd Prælati debent eſſe in virtutibus excellentiores alijs.

Digna, & congrua ratio eſt, quare Prælati debent alios in virtutibus
1 excellere ea eſt, quia alios in dignitate excellunt, *Abb. in c. 2. de iudicijs*, & ideò honeſtate, religione, bonis moribus, alijs debent eſſe excellentiores, *gloſ. in c. cum in cunctis de electione, Io: Valer. de different. inter vtrumque forum in verbo munera diff. 1. n. 5. Guttier. canon. qq. lib. 1. cap. 26. n. 34.*

Ampliatur primò, quia cum Prælati
2 ſint hominum ſpecula, in quibus Chriſti fideles ſpeculantur, *glo. in c. licet de electione, Nauarr. in c. ſi quando de reſcriptis*, debent virtutibus fulgere, *Gonzal. add. ad Reg. Cancell. 8. gloſ. 4. n. 2. Garcia de benef. par. 12. n. 26.*

Ampliatur ſecundò, miniſtros eccleſiæ Chriſti in rebus huius ſeculi in altiorem locum eſſe ſublimatos, & in eos tanquam in ſpeculum oculos omnes conijciunt, vt ex eis ſumant exemplum: Vnde Paulus ad Corinthios dixit, *vos eſtis templum Dei viui ex viuis lapidibus conſtructum, c. ex hoc diximus 16. q. 7.*

Ampliatur tertiò, Prælatorum vita
3 in exemplo imitationis poſita eſt, *Nauarr. in repetit. c. nouit ille de iudicijs, Pariſius de reſignat. benef. q. 11. n. 15. Maſſobron. in praxi requiſit. lib. 2. nu. 2. Filliuc. qq. moral. tom. 3. tract. 4. c. 5. n. 4.*

Ampliatur quartò, Prælati tanquam luminoſæ, ardenteſque faces lucem ope-
4 rationum bonorum emittere debent in ſermone prædicationis, in diſciplina correctionis, vt corrigat cum charitate, & lenitate, non ex odio, *c. de multa 76. diſt.* & non debet eſſe iracundus, *cap. ſi Epiſcopus 11. q. 3. Bellug. in ſpecul. princip. rub. 27. num. 38. Sbrozz. de offic. Vicar. in proœmio.*

Ampliatur quintò, Prælatum eſſe debere

5 bere liberalem verbis, & operæ hoſpitalem, vt Chriſti pauperes ſemper diligat, *Barboſ. de off. Parochi c. 6. n. 22.*

6 Hinc Epiſcopus pater pauperum appellatur, *Pariſ. de reſignat. beneficij lib. 4. q. 11. n. 11.*

Ampliatur ſextò, Prælatos pauperes ex debito iuuare debere, *Bellug. in ſpecul. princip. rub. 27. §. videamus nu. 38.* & talem ſe exhibere, vt omnes ſuo exemplo à malo retrahentur, & ad bonum inuitentur, nam cum Prælatis debeatur

7 honor, & reuerentia, *l. nec honore C. de Epiſcopis, & clericis.*

Chriſti fideles ędificare debet, vt maiori obſequio ſubditi Prælatos venerētur, *Barboſ. de off. Parochi par. 1. n. 4. Nauarr. in manual. c. 25. n. 11.*

8 Ne eorum dignitas ex cauſa morum diſſolutorum vileſcat, cum ſit dignitas, tam ſublimis, & quaſi cæleſtis, *Nauarr. in conſ. 1. de renunciatione.*

9 Ampliatur ſeptimò, viliſſimum computandum eſſe, qui alios dignitate eminētia, & honore eſt præſtātior, niſi alios ſcientia, doctrina, ſanctimonia, vitæque probitate alios antecellat, *cap. viliſſimus 1. q. 1. can. in connentibus, 1. q. 2.*

10 Quia optimum decent optima, ſicut peſſimum peſſima, *Nauarr. in repetit. cap. nouit ille de iudicijs notab. 6. Homobon. de bonis humanæ vitæ ſtat. par. 1. nu. 22.*

Hinc Scipio Emilianus deformè, & vile exiſtimabat, quibus dignitate eſt prętſtantior, ab his virtutibus ſuperari, refert *Valer. Maxim. lib. 3. c. 2.*

11 Et maximè Prælati à vitijs abſtinere debent, quia quinque mala inſurgunt ex publico crimine Prælati.

12 Primò, laicorum corda ſcandalizantur, ſecundò vituperatur officium.

Tertiò, datur licentia licentiùs peccandi, quartò, deturpatur ordo clericalis, iuxta illud, ſi quis ex vobis peccauerit, faciet delinquere populum meum, *c. Magna deuoto, Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 19. n. 9.*

Quintò, & vltimo ira domini ex precibus malorum Prælatorum, & clericorū

13 magis irritatur, quàm placatur, *c. ecce à quibus 41. diſtinct. Archid. in cap. tria 10. qu. 3.*

Et cum Prælatus ſit mediator inter Deum, & hominē ad iram Domini placandam, *Barboſ. de offic. Parochi cap. 24. num. 29.*

14 Oratio porrigenda eſt per benè diſpoſitum, contritum, & pœnitentem, nam is qui diſplicet ad intercedendum mittitur irati animi ad deteriora prouocatur, *c. Ecce in grauibus 2. q. 8. Barboſ. in d. tract. cap. 24. n. 29.*

Ideò eligendi ſunt meliores, & ſanctiores, Sacerdotes pro miſſis celebrandis, & orationibus Deo porrigendis, *Raug. de voce can. in rubr. de miſſa*, quem citat *Thorus add. ad Tiraq. de priuileg. cauſæ piæ priuileg. 182.*

SVMMARIVM.

1 Abbatis nomen, eſt nomen Dominicum, & honorificum, oneris, & honoris, & quæ requiſita interuenire debent in eius electione, n. 2.

3 Monachi quando eligunt Abbatem iurare debent eligere, quem ſciunt vita caſtū, fide rectum, & qui valeat monaſterio vtiliter prouidere.

4 Abbatiæ, aliaque Prælatura non pro ætate, ſed pro meritis ſunt conferendæ.

5 Non ætas, ſed ſpectata vita ſeniorem facit.

6 Non natales, neque nuptiæ, neque filij faciunt matrem familiàs, ſed boni mores.

7 Dignitas non facit Prælatum, ſed vita reuerentiam meretur, & poteſt etiam in minoribus ordinibus diſpenſatiuè eligi, num. 8.

9 Abbas debet eſſe paratus omni poſſenti rationem reddere.

QVAESTIO VIII.

Abbatis nomen, quid imperat, & quæ requiſita in eius electione interuenire debent.

NOmen Abbatis eſt nomẽ Dominicũ
honorificum,oneris,& honoris, cui
annexæ ſunt ſollicitudo, & prouidẽtia,
1 *c. Abbates de reſcriptis glo.in c.tuã de ætat.
& qualit.Sbrozz.de off.Vicar. in proœmio
n.12.Reg.de Marinis lib.1.reſol.quot. c. 1.
per totam.*

Hinc eſt, quòd in eius electione,nõ
ſolùm requiritur, quod literatura bo-
2 nis moribus, grauitate ſit præditus,ſed
etiam induſtria, ſagacitate,& prouiden-
tia in temporalibus ſit præditus, & ido-
neus, *l.ſacris 48.c.de ſacroſanctis eccle-
ſijs,Caſtell.de electione in principio, Valer.
de different. inter vtrumque for. in verbo
electio diff.2.n.2.*

Ampliatur primò, Monachi,quando
procedunt ad Abbatis electionem ſiura-
3 re debent eligere, quem ſciunt vita ca-
ſtum,fide rectum, & qui valear mona-
ſterio vtiliter prouidere, §. *iubemus in
auth.de sãctiſſ.Epiſcopis,gloſ.in c. niſi cum
pridem in verbo plerumque de renuncia-
tione, Tamburr.de iure Abbat.tom.1.diſp.
2.q.12.Reuerendiſs. Roderic. a Cunha in
comm.ad c.ſi forte 63.diſt.*

Ampliatur ſecundò, Abbatias, aliaſ-
que Prælaturas, non pro ætate, ſed pro
4 meritis eſſe conferendas, *gloſ. in c. licet
8.q.1.*& talis debet eligi,qui ſit doctior,
& ſanctior, *Abb.in c.2.de iudicijs.*

Ampliatur tertiò, cuius comparitio-
ne ipſe paſtor, & cæteri grex dicantur,
§. *vnum oratorium, & §.in nomine domi-
ni 25.diſt.glo.in c.vltimo de ætat. & qua-
litat.Sigiſmund.à Bonon. in tract.de elect.
dubio 33. Azor inſtit. moral.par.2. lib.5.
q.1.cap.15. Campan.in diuerſ.iur. canon.
rub.6.c.3.n.52.*

Hinc eſt, quòd ſemper tenemur ad-
diſcere, *c.vlt.diſt.8.* & dixit iureconſul-
tus, *in l.apud Iulianum,ff.de fideicommiſ-
ſis,* quòd ſi pedem teneret in ſepulchro,
ſemper vellet addiſcere, *Iul. Laur. va-
riar.lucubrat.tom.1.tit.4.c.21.n.58.Tam-
burr.de iure Abbat.tom.1.diſp.2.q.12.*

Ampliatur tertiò,non ætatem,ſed vi-
5 tam ſpectatam ſeniorem facere, *glo. in
d.c.ſacris, c.nullus de reformat.ſeſſ.25. in
Sacr.Conc.Trident.*

Hinc laqueus iuuenum vos,maledi-
ctus puer centum annorum, loquens
ad ſenes fatuos, & inſenſatos, *c. qui nec
regimini 2.q.3.*

Ampliatur quartò, quia non natales,
neque nuptię, neque dos,neque filij fa-
6 ciunt matrem familias, ſed boni mores,
*l.pronunciatio,§.matrem familias, ff. de
verb.ſignif.Vantius in tract.de nullitat.ex
defectu iuriſdictionis n.17.*

Ampliatur quintò, dignitatem non
7 facere Prælatum, ſed vita reuerentiam
n œretur, *glo.in l.ſancimus in verbo di-
gnitas,c.de Epiſcopis, & clericis.*

Ampliatur ſextò, poſſe etiam cõcur-
8 rentibus meritis diſpenſatiuè eligi in
minoribus ordinibus,*c.expoſuiſti de cor-
pore vitiatis, Menoch.de arbitr. caſu 425.
n.47.lib.2.cent.5.*

Ampliatur ſeptimò,Abbatem, non
ſolùm debere habere ſcientiam cano-
num, *c.qui eccleſijs,* §.1.86.*diſt.* ſed etiã
ſecularium negotiorum, *Abbas in cap.
9 ex ore de priuilegijs*, & ſit paratus omni
poſcenti rationem reddere, §. *domus in
auth.de ſanctiſs.Epiſcopis.*

Quia cum ipſe debet docere, non
debet ab alijs diſcere, *Abbas in conſ.62.
par.2. Sbrozz.de off.Vic. in proœmio,Reg.
de Marinis reſolutione quotid. cap. 1. per
totum.*

SVMMARIVM.

1 *Abbatialis dignitas inter excelſas, & am-
pliores dignitates connumeratur, & in-
ter maiora ſacerdotia, n.2.*

3 *Appellatione Prælatorum venit, Abbas
poſt Epiſcopum, & præfertur omnibus
dignitatibus poſt Epiſcopalem, n.4.*

5 *Conſcientia ſubditorum de manibus præ-
ſidentium requiritur, & quæ ſit ratio,
num.6.*

7 *Omnes,qui dignitatem Abbatialem adipi-
ſcuntur illuſtrat.*

QVÆ-

QVAESTIO IX.

An Abbas veniat appellatione Prælatorum in ſtricta ſignificatione?

ABbatialis dignitas inter excelſas, & ampliores dignitates connumeratur, *c.ſi quis* 17.*q*.4. *Lapus alleg*.84.*verſ. Abbatia,Gomeſ.ad Reg. Cancell. de annali poſſeſ.q*.11.

Ampliatur primò, inter maiora ſa-
2 cerdotia connumerari, *Menoch. de arbitrar.caſu* 70.*lib*.1.*cent*.1.*Sbrozz. de offic. Vic.in proœmio*.

Ampliatur ſecundò, appellatione Prælatorum in ſtricta ſignificatione ve-
3 nit Abbas, & inter ecclesia Prælatos poſt Epiſcopum, *Abbas in c*.2.*de iudicijs*, & Abbatia Epiſcopatui comparatur, *Lapus d.allegat*.84. quòd patet *in vſibus feud.in tit.Epiſcopum,vel Abbatem,Tamburr.de iure Abbat.tom*.1.*diſput*.5.*qu*.13. *num*.4.

Ampliatur tertiò, inter ſublimes dignitates connumerari, *Menoch.de arbitr. caſu* 226.*lib*.2.*cent*.3. & licet ea, quæ sũt ordinis exercere non poſſit, tamen in dignitatibus poſt Epiſcopalem venit Abbas, *Azor.inſtitut moral.lib*.2.*part*.2. *cap*.19.

In Abbatibus habentibus vſum mitræ, & baculi, *Abbas in d.c.ex ore de priuilegijs,Tamburr. de iure Abbatum to*.1. *diſp*.5.*q*.12. *Reg. de Marinis* latiſſimè in *lib*.1.*reſol.quot.c*.1.

Ampliatur quartò, præferri omnibus
4 dignitatibus poſt Epiſcopalem, *Decius in conſ*.131.*Boſſ.in tract.de Synod.par*.3. *n*.10. *Nouar. de nouo iure Pontif. concl*.5. *in rub.de ordinandis*.

Ampliatur quintò, nomen Abbatis importare honorem, & dignitatem, & ſolicitudinem, *glo.in c.suam de electione*; nam multæ ſunt Abbatis ſolicitudines, *cap. inter ſolicitudines de purg. canon.* ad morum coertionem, & vitiorum extirpationem, *c.Epheſijs* 43. *diſtinct.Barboſ. de offic. Parochi, cap*.3. *num*.12. & 13.

Ne ſanguis ſubditorum de manibus Abbatis negligentis requiratur, *c. irrefragabili de off.ordin*,& *ex Sac. Conc.Trident.in.reformatione ſeſſ*.6.

5 Cum conſcientiæ ſubditorum de manibus negligentium ſuperiorum requiratur, *Barboſ.de off.Parochi c*.2.*n*.10.

Hinc eſt, quòd cum ratione officij in
6 animarum ſalutem incumbere teneatur, præſumitur contra eos ſi pereant, *l.ſi quis ex argentarijs*, §.*vltimo. ff.de edendo, c.ea quæ de off.Archid*.

7 Ampliatur ſextò, licet reſpectu ſolicitudinis dicatur onus tamẽ honor magnus eſt, & omnes, qui eam dignitatem adipiſcuntur illuſtrat, *c.non vos* 4. *diſt. gloſ.in extrauag*.2.*de electione, Bellug. in ſpecul.princ.rub*.10.§.*poſtquam n*.28.*Menoch.de arbitr.caſu* 423.*nu*.3. *D. Reg. de Marinis in d.tract.lib*.1.*c*.1.

SVMMARIVM.

1 Conſtitutio diſponens de dignitatibus, & eccleſiaſticis beneficijs, Epiſcopatus non comprehendit, & quæ ſit ratio, n.2.

3 Epiſcopus eſt maior Cardinali reſpectu dignitatis, & minor reſpectu officij.

4 Summus Pontifex denominando ſe ab ordine vocat ſe Epiſcopum.

5 Dignitas ſecularis, vel regularis, ſi vltra ſex menſes vacat, eligendi poteſtas deuoluitur ad ſuperiorem non ſic Epiſcopalis, n.6.

7 Appellatione dignitatis in fauorabilibus venit omnis dignitas eccleſiaſtica, ſecus in odioſis, n.8.

9 Diſpoſitio, c.de multa de prebendis nõ habet loco in Epiſcopis.

10 Epiſcopatus abſque licentia Papæ non poteſt deſeri.

QVAESTIO X.

An appellatione dignitatis veniat dignitas Epiſcopalis?

Con-

COnſtitutio diſponens de dignitatibus, & eccleſiaſticis beneficijs Epi-
1 ſcopatum non comprehendit, *gloſ.in c. 1.de præbendis lib.6. Rom.in conſ.* 109.

Quia Epiſcopatus dicitur dignitatis culmen, *c.pen.de præbendis*, & omnes antecellit, & præcedit, *Abb.in c.dilectus de conceſſ.præbend. Freccia de ſubfeudis lib.1. n.24. Sbrozz.de off. Vicar. lib. 2. quæſt.2. num.12.*

2 Ratio eſt, quia ſupra Epiſcopatum non eſt dare alium ordinem, licet reperiatur maius officium, *Abb.in c.eccleſia veſtra de electione*, & non habet ſupra ſe maiorem dignitatẽ, *glo. in proœmio decretalium.*

Et Epiſcopus eſt maior Cardinali re-
3 ſpectu ordinis, licet minor reſpectu officij, *Mant.in tract.de Concil. n.66. Freccia de ſubfeud.lib.1.n.34.*

Hinc Summus Pontifex denominan-
4 do ſe ab ordine vocat ſe Epiſcopum, *c.Nulla de conceſſ.præbenda*, & Lateranẽſe Concilium de beneficijs vacantibus vltra ſex menſes ad Epiſcopatus nõ extenditur, *Abb.in d.c.nulla.*

Quia ſi aliqua dignitas ſecularis, vel regularis vltra ſex menſes vacauerit eligendi poteſtas ad ſuperiorem deuolui-
5 tur, nec Epiſcopatum comprehendit, *Felyn.in c.2.de præbendis.*

6 Non ſic Cathedralis, quia ſi vltra tres menſes vacauerit eligendi poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur, *c. ne pro defectu de electione.*

Ad propoſitã quæſtionem dicas, aut ſumus in fauorabilibus, aut in odioſis.

7 Si in fauorabilibus appellatione dignitatis venit omnis dignitas eccleſiaſtica etiam Epiſcopalis, *c.2.de iudicij*, *Abbas in c.cum noſtris de conceſſ. præbend. & in c.1.de rerum permutatione, Sayr.de cenſuris lib.6.c.11.n.17. Bertach.in tract.de Epiſcopo, in proœmio.*

Aut ſumus in odioſis, & tunc appel-
8 latione dignitatis non venit dignitas Epiſcopalis, *Abb.in c.non poteſt de re iudicata, & in rub.de vita, & honeſtate clericorum add.ad Abbat.in c.bona de poſtul. Prælat. Nauarr. in conſ.75.n.42. de regul.*

9 Hinc eſt, quòd diſpoſitio, *c.de multa de præbendis*, non habet locum in Epiſcopis, quia ſi Epiſcopus recipit aliam dignitatem non vacat ipſo iure Epiſcopatus, *c.2.de translat.*

Ratio eſt, quia Epiſcopatus abſque
10 licentia Papę deſeri non poteſt, *Emanuel.in verbo Epiſcopatus, n.9.*

S V M M A R I V M.

1 Diſpenſatus cum inhabili, vt poſſit ad dignitatem promoueri non extenditur ad dignitatem Epiſcopalem.

2 Diſpenſationes ſunt odioſæ, & ideo reſtringendæ.

3 Diſpenſatus ad dignitatem Epiſcopalem ad Archiepiſcopalem non extenditur, & quæ ſit ratio, n.4.

5 Papa ad Cardinalatum non diſpenſat, ſi vult poteſt.

6 Diſpenſatio non extenditur de caſu ad caſum, neque diſpenſatus ad affinitatem extenditur ad conſanguinitatem, nec è contra, num.7.

QVAESTIO XI.

An diſpenſatio cum inhabili, vt poſſit dignitates promoueri extẽditur ad dignitatem Epiſcopalem?

DIſpenſatus cum inhabili, vt poſſit ad dignitates promoueri nõ cenſetur
1 diſpẽſatus ad dignitatẽ Epiſcopalẽ propter dignitatis culmen, *c.1. & 2.de filijs presbyterorum*, notant DD. *in cap.dilectus de præbendis, Nauarr.in conſ.75.n.42. de regularibus.*

Quia diſpenſationes ſunt odioſæ, & ideo reſtringendę, *c. quod dilecto de conſanguin. & affinit.* & Epiſcopatus dicitur
2 ſuprema dignitas, *gloſ.in c.quamquam 2. qu.7. Aym.de antiquit.temp. part.4. verſ. tranſeamus n.63. Sbrozz.de off.Vic.lib.2. q.2.num.9.*

3 Et diſpenſatus ad dignitatem Epiſco-

palem,

palem, talis diſpenſatio ad Archiepiſcopalem non extenditur, *c. nos conſuetudinem, 12. diſt. Nauarr. in d. c. 75. de Regularibus.*

Ratio eſt, quia dignus eſt minori, nõ
4 ſemper maiori, *c. ſcriptum de electione DD. in d. c. quod dilecto:* Vndè Papa volens facere vberiorem diſpenſationem, diſpenſat vſque ad Cardinalatum excluſiuè, *Selua de benef. 2. par. q. 6. n. 1. Almayn. de poteſtate eccleſ. cap. 4.* ad Cardina-
5 latũ non diſpenſat ſi vult poteſt, *Gamm. in tract. de off. leg. à latere lib. 10. fallent. 1. num. 229.*

6 Et diſpenſatio non eſt extenſiua de caſu, ad caſum, neque diſpenſatio ſuper conſanguinitate extenditur ad affinitatem, latè diſputat *Sanchez de matrimonio lib. 3. diſput. 74. n. 29.* quamuis militat eadem ratio, *Paul. de Caſtro in conſ. 290. lib. 7.*

7 Immo neque à paritate, vel maioritate rationis, *Federic. de Senis in conſil. 24. Abb. in cap. ex ratione n. 10. de ætate, & qualitate.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio eſt odioſa, & reſtringitur ſolùm in actu, ſuper quo diſpenſatur, & diſpenſatus ad presbyteratum non extẽditur ad beneficium n. 2. & dicitur arida, & ſtricta, n. 3.*

4 *Diſpenſatus ad beneficia non fit habilis ad dignitatem.*

5 *Indultus teſtandi conceſſus Cardinali non expirat in primo teſtamento.*

6 *Cauſa teſtamenti dicitur fauorabilis.*

QVAESTIO XII.

An diſpenſatio dicatur odioſa, vel fauorabilis?

DIſpenſatio eſt odioſa, & reſtringitur ſolùm in actu, ſuper quo diſpenſa-
1 tur, *Felyn. in c. poſtulaſti, n. 2. de reſcriptis,* & de vno in alium non extenditur, *Innoc. in cap. dilectus de præbendis,*

2 Et ideò ſi diſpenſatur ad presbyteratum non extenditur ad beneficium, *Rebuff. in prax. benef. in tit. de diſpenſ.* neque fit habilis nec ad ſimplex, nec ad curatum, *c. licet canon de electione lib. 6. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi allegat. 45. num. 13.*

3 Et diſpenſatio dicitur arida, & ſtricta, *Mandel. in conſil. 54.* & diſpenſatus ad ſimplex beneficium non extenditur ad curatum propter ambitionem, & ſic de ſimilibus, *Selua in tract. de benef. 2. part. quæſt. 6. num. 1.*

4 Nec diſpenſatus ad beneficia extenditur ad dignitatem cum cura animarũ, *Azor. inſtitut. moral. lib. 1. par. 2. cap. 3. q. 9. Emanuel Sà in verbo diſpẽſatio n. 33. Sanchez de matrimonio diſp. 24. n. 3.*

Et diſpẽſatio dicitur ſtricti iuris, *Natta in conſ. 129. nu. 27. Aloyſ. Ricc. deciſ. 95. tom. 1. Barboſ. de off. Parochi c. 2. n. 15.*

Niſi ageretur de actu variabili ſine tertij præiudicio, vt indulto teſtandi cõ-
5 ceſſo Cardinali, qui non expirat in primo teſtamento, *Coſta de iuris, & facti ſcientia inſpect. 23. 10. 1.*

Quia cauſa teſtamenti dicitur fauo-
6 rabilis, *Decius in conſ. 529. Bellug. in ſpecul. princ. rub. 24. num. 11. Aloyſ. Ricc. dict. deciſ. 95.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatus in vno defectu talis diſpenſatio non porrigitur ad alium defectum, & diſpenſatus ad vnum ordinem, ad alium ordinem promoueri non poteſt, num. 2.*

3 *Diſpenſatio dicitur iuris communis relaxatio, & rigoris mitigatio, & non debet fieri, niſi ex cauſa rationabili, num. 4. ſufficit tamen cauſa putata rationabilis, num. 5.*

6 *Diſpenſatio adeò ſtrictiſſimi iuris eſt, quòd in ea non veniunt, non ſolùm non ſpecificè conceſſa, ſed nec etiam ea, quæ virtualiter comprehendi poſſunt.*

7 *Diſpenſatus ad beneficia illud permutare non poteſt.*

8 *Aliquis non legitimè natus ſi impetrauit*

primi-

priuilegium, vt non obſtante defectu natalium valeat ad beneficia promoueri, non poterit niſi vnicum beneficium obtinere, & quæ ſit ratio, n.9 in fine.

QVÆSTIO XIII.

An diſpenſatio ad vnum defectum, talis diſpenſatio extendatur ad alium defectum?

DIſpenſatus in vno defectu, talis diſpenſatio non porrigitur ad alium 1 defectum, de quo in diſpenſatione non eſt facta mentio, *Anton. lib. 1. variar. reſolut. reſolut. 19.*

Diſpenſatus ad vnum ordinem, ad alium ordinem promoueri non poteſt, 2 *c. lector 34. diſt. Cauak. deciſ. 29. nu. 4. de indicijs, Nauarr. in conſ. 1. de cleric. excommunic.*

Diſpenſatio dicitur iuris communis 3 relaxatio, & rigoris mitigatio, vel pœnalitatis moderatio, & dicitur odioſa, *Felyn. in c. poſtulaſti de reſcriptis*, & debet fieri ex vtilitate, & neceſſitate, vel alia 4 cauſa rationabili, *Specul. in tit. de diſpẽſatione, §. 1. Guid. Pap. deciſ. 150. per totam.*

Suffi.it tamen cauſa putata rationabilis, *Emanuel Sà in d. verbo diſpenſationem*, & debet fieri cũ cauſa, aliàs non valet, *Innoc. in c. diuerſis de cleric. coniug. cap. veniens de filijs presbyterorum, Nauarr. in comment. de ſpolijs §. 3. n 8.*

Et eodem modo ſi fuerit facta ex falſa cauſa, *Felyn. in c. Edocere de reſcriptis, Aloyſ. Ricc. deciſ. 95. in fine tom. 1. Dyn. in reg. ea quæ de reg. iuris, Guid. Pap. dec. 150. per totam citat. Emanuel Sà in d. verbo diſpenſationem.*

Ampliatur primò, adeò ſtrictiſſimi iu- 6 ris eſſe diſpenſationem, quia in ea non ſolùm, non veniunt non ſpecificè conceſſa, ſed nec etiam ea, quæ ex proprio verborum ſignificatione, & virtualiter comprehendi poſſunt, *Abb. in conſil. 57. par. 1. Aym. de antiquit. temp. par. 1. verſic. tranſeo num. 69.*

Ampliatur ſecundò, diſpenſatus ad 7 beneficium illud permutare non poteſt, etiam cum ſimili, niſi hoc ſpecialiter concedatur, *Bald. in l. ſi quis ſeruo, C. de furtis, Innoc. in c. dilectus de præbendis.*

8 Hinc eſt, quòd ſi aliquis non legitimè natus impetrauit priuilegium, vt non obſtãte defectu natalium, valeat ad beneficia etiam cum cura animarum promoueri, nam virtute illius diſpenſationis non poterit, niſi vnicum beneficium obtinere, *c. 1. de filijs presbyterorum.*

Ratio eſt, quia ea, quæ ſunt iuri con- 9 traria licet alicui in priuilegium ſint cõceſſa, ſunt odioſa, & in dubio reſtringenda, *l. in honorarijs, ff. de act. & oblig. Io: And. in reg. odia de reg. iuris lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatis tam in larga, quàm in ſtricta ſignificatione donatio bonorum, & eccleſiæ redditũum eſt interdicta.*

2 *Tutoribus, & curatoribus Prælati in adminiſtratione comparantur.*

3 *Bona eccleſiarum, quaſi communes Prælati diſpenſare debent in pauperum beneficium.*

4 *Prælatis eccleſiæ de bonis eccleſiæ victus, & veſtitus permittitur, ſic attenta ſtatus condecentia, & dignitatis conſeruatione, reliqua eroganda ſunt in eccleſiarum reparatione, & eleemoſynarum diſtributione, n 5.*

6 *Prælati donare nõ debent hyſtrionibus meretricibus, venatoribus, niſi forſan in neceſſitate conſtitutis.*

7 *Eccleſiarum bona conuerti debent in alimonijs pauperum.*

Per ſequentes quæſtiones tractatur, quando eccleſiarum Pręlati poſſunt de fructibus beneficiorum, & eccleſiarum diſponere?

Et quomodo bona eccleſiarum dicantur eſſe pœnas Prælatos cum alijs ad dictam materiam pertinentibus.

QVÆ:

QVÆSTIO XIV.

An, & quando Prælati de fructibus beneficiorum poſſunt liberè diſponere?

VIdimus ſupra quis dicatur Prælatus
tam in larga, quàm in ſtricta ſignifi-
catione, videndum eſt de propoſita
quæſtione, pro cuius expeditione dici-
mus Prælatis tam in larga, quàm in ſtri-
1 cta ſignificatione donationem, & libe-
ram diſpoſitionem eſſe interdictā bono-
rum, & fructuum eccleſię, & prohibi-
tam, *c.fraternitatem de donationibus, c.
vltimo 12.q.1.c.caſellas 10.q.2. Ruding.
variar.lect.feudal.cap.79.n.24. Nauarr.
in comment.de ſpolÿs cleric.§.2.n.2.*
2 Sicut tutoribus, & curatoribus de re-
bus, & bonis pupillorum, *l.non omni, C.
de adminiſtrat.tut.l.neque, C. de procura-
toribus, Marcus Ant. de Bardis in tract.
de temp.vtili, vel continuo, cap.15.nu.23.
Caccialup.in tract.de penſ.q.7.*

Hinc eſt, quòd tutoribus, & curatoribus Pręlati in adminiſtratione comparantur, *Abb.in c.auditis de reſt. in integrum,* Bellug.*in ſpecul.princip.rub.9.n.12. Nauarr. in comment. de ſpolÿs cleric.§.3. num.8.*

Et donatio bonorúm, & rerum pupillorum eſt interdicta, *c.fin.12.quæſt.1. Dyn.in reg.locupletari de reg.iuris,* ita & Prælatis, *Milis in repertorio in verbo Prælati non ſunt n.29.Nauarr. in conſ.53. de ſent.excomm.*

Ampliatur primò, eccleſiarum bona
quaſi communia Prælati diſpenſare de-
3 bent, *c. Nulli 12. q.2. in beneficium pau-
perum.glo.in c.Nihil in verbo de cauſis de
præſcriptionibus, c.quoniam 16.qu.1.Bar-
boſ.de off.Parochi c.24.n.12.*

Ampliatur ſecundò, ad Prælatos ſpectat pauperum cura, ſicut ad patrem filiorum, *arg.l.fin.C.de bonis quæ liberis, & in l.1.C.de bonis vacantibus, Thorus add. ad Tiraq.in tract.de priuil.cauſ.piæ priuil. 164. Nauarr.in alleg.conſ.53.de ſent.excommunic.*

Ampliatur tertiò, exceptis his, quæ
iura permittunt victum, & veſtitum, at-
4 tenta ſui ſtatus condecentia, & digni-
gnitatis conſeruatione, *c.Epiſcopus 10.
q.2.clem.2.§.1.de cenſibus c. non cogamur
46.diſtin.Ruding.lib.1.variar.lect.feudal.
cap.79.n.15.*

Reliqua in eccleſiarum reparatione,
5 & in eleemoſynarum erogatione, *glos.
in c.Ratio nulla de præbendis, Abb.in conſ.
57.par.1.* & res Deo dicatas non poſsũt
Prælati tanquam domini donare, & li-
berè diſponere, *glos.in d.c.fraternitatem
in verbo procurator extrauag.ambitioſa de
reb.eccleſ.non alienand.*

Hinc eſt, quòd non debent Prælati
donare hyſtrionibus, venatoribus, &
6 meretricibus, *c.ſi cupis 16. qu.1.* iuncta
glo.in verbo canes, niſi forſan in sũma ne-
ceſſitate cõſtitutis, *c.frater 26.diſtin.Spe-
cul.in tit.de procuratoribus, nu.12.*Bellug.
in specul.princ.rub.9.n.12.

7 Et bona eccleſiarum conuerti debẽt
in alimonijs pauperum in conſtructione
templi, in redemptione captiuorum in
augumentatione fabricarum, *glo.in cap.
aurum 12.q.in verba in his tribus, Barboſ.
de off.Parochi c.24.n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum bona ſunt penes Prælatos, quo ad legitimam protectionem, & adminiſtrationem, & defenſionem.*

2 *Prælati bona eccleſiæ, & redditus poſſunt in proprios vſus conuertere quoad ſui, & familiæ ſubſtentationem, & ad decenter ſui ſtatus, & generis conſeruationem & dignitatis.*

3 *Prælatus tenetur honorem, & dignitatem conſeruare.*

QVÆSTIO XV.

Eccleſiarum bona, quomodò dicantur eſſe penes Prælatos?

ECcleſiarum bona ſut penes Prælatos quoad legitimam protectionem,

L 2 &

1 & adminiſtrationem, *gloſ. in extrauagan. execrabilis in verbo Romana Curia de præbendis, & dignitatibus, Nauarr. in cōſ. 53 de ſent. excommunic. idem in comment. de ſpolijs cleric. §. 9. nu. 12. Barboſ. de offic. Parochi cap. 1. n. 4.*

Et hoc modo dicimus eccleſiarum bona eſſe penes Prælatos, *c. Epiſcopus 10. q. 2. c. ſcire 2. q. 1. Menochius de arbitr. caſu 433. Ruding. variar. lect. feudal. c. 79. num. 12. Io: Valer. de different. inter vtrũque for. in verbo munera differ. 1. n. 5.*

Ampliatur primò, Prælatus, vt Dei miniſter tenetur eccleſiam defendere, & bona fideliter adminiſtrare, *glo. in l. nō omni, C. de adminiſtr. tut.* nam recta adminiſtratio, non ſpoliatio permiſſa eſt, *Abb. in conſ. 57. par. 1. Pariſ. de reſignat. benef. par. 2. cap. 4. n. 41. Barboſ. de off. Parochi, cap. 24. n. 30.*

Ampliatur ſecundò, in vanos vſus expendere non debent Prælati, *Marcus Anton. de Bardis in tract. de empt. vtil. vel continuò cap. 15. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 11. n. 2. Homobonus de Bonis de human. vita ſtatib. par. 1. c. 22.*

2 Et in proprios vſus conuertere, quoad ſui, & familiæ ſubſtentationem, & etiam ad decenter ſui ſtatus, & dignitatis conſeruationem, & generis qualitatem, *gloſ. in c. Epiſcopus in verbo victu 10. q. 2. Nauarr. in conſ. 19. de præbendis.*

Hinc eſt, quòd tenetur Prælatus ſuũ
3 honorem, & dignitatem conſeruare, *Nauarr. in alleg. conſ. 53. de ſent. excomm. Bertachin. in tract. de Epiſcopo p. 1. in verbo primo igitur n. 67. Marcus Anton. de Bardis in tract. de temp. vtil. vel continuo cap. 15. Nauarr. in comment. de ſpolijs clericor. §. 1. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus poteſt ſuis benefacere ſi inopia laborant, & liberalitas virtus eſt, & eam exercens dicitur ſanctè diſponere.*
2 *Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines.*
3 *Prælatus ex ordine charitatis poteſt ſuis benefacere.*
4 *Tenemur eligere noſtros extraneis prætermiſſis in omnibus beneficijs.*
5 *Quiſquis regulam diligendi à ſemetipſo accipiat.*
6 *Quilibet debet ſibi potius facere eleemoſynam deinde proximo.*
7 *Eleemoſyna ciuibus potius, quàm extraneis danda eſt.*
8 *Prælati habent liberam diſpoſitionem bonorum eccleſiæ in bonos vſus conuertendo.*
9 *Prælatus in rebus eccleſiæ malè verſãs habetur, vt fur, & prædo, & venit ratione malæ adminiſtrationis officio priuandus.*

QVÆSTIO XVI.

An Prælatus poſſit ſuis benefacere ſi inopia laborent?

PRælatus poteſt ſuis benefacere ſi inopia laborant, *c. peruenit 1. q. 8.* & libe-
1 ralitatem cum ſuis exercere ex ordine charitatis, *Ruding. variar. lect. feudal. cap. 79. num. 1. Lopez in inſtruct. conſcient. cap. 151. prim. par.*

Ampliatur primò, quia liberalitas virtus eſt, & eam exercens dicitur ſanctè diſponere, *Nauarr. in conſ. 19. de præbendis*, non autem profuſa quadam liberalitate, quia tunc tenderet in vitium, *Abb. in conſ. 45. par. 1. Ruding. variar. lect. feudal. cap. 76. n. 8. Fuſcus in tract. de viſitatione lib. 2. c. 15. n. 14.*

2 Hinc eſt, quòd dicitur, eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, *c. relatio 12. q. 1. cap. eccleſia de electione, arg. l. ſi quando, c. de inoff. teſtamento*, facit, *l. in eccleſijs, c. de Epiſcopis, & clericis, Bertach. in tract. de Epiſcopo lib. 4. p. 1. n. 6.*

Ampliatur ſecundò, quia ex ordine charitatis poteſt, & debet ſuis benefa-
3 cere ſi inopia, & neceſſitate affliguntur, *l. gallus, §. quidam rectè ff. de lib. & poſthumis, de Laurentijs deciſ. Auen. 33. n. 8. Nauarr. in cōſ. 1. de Magiſtris, Fuſcus Epiſcopus Ranell. de viſit. lib. 2. c. 15. n. 12.*

Ampliatur tertiò, nam tenemur eligere

gere

gere noſtros extraneis prætermiſſis, *Cardinal. in clem. 2. de reliq. & venerat. ſanct. Mandel. in conſ. 51. n. 4.* & quiſquis
5 enim regulam diligendi à ſemetipſo accipiat, *c. ſi non licet 24. q. 5.*

Ampliatur quartò, quia agris ſuis ſitientibus alij, non ſunt negandi, *Arg. l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua can. per ambitiones 64. diſt. Barboſ. de off. Parochi c. 2. p. 1 num. 100.*

6 Ampliatur quintò, quilibet ſibi prius debet facere eleemoſynam, deindè proximo, *c. ſanè cauendum de pœnit. diſt. in. 3. glo. in c. niſi in verbo eligentes de authorit. & vſu pallij, Angel. in conſ. 38. n. 3. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 17. n. 12 Vgolin. de poteſtate Epiſcop. c. 50. §. 7. n. 4.*

Hinc eſt, quòd poſſum mihi conſulere cum damno alterius, *l. ſi quis, ff. ad l. Aquiliam, Abbas in conſ. 25. par. 2. Sotus de iuſt. & iure q. 1. art. 3. Petrus Nauarr. de reſtitut. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 355. Reg. Reuer. in prag. 4. de feudis n...*

7 Ampliatur ſextò, nam eleemoſyna potius ciuibus, quàm extraneis danda eſt, *Cardin. in clem. 1. de reliq. & venerat. ſanctor. Lucas de Penna in l. 1. C. de annon. lib. 11. Afflict. deciſ. 289. Amend. add. ad Præſid. de Franch. dec. 190. num. 2. Barboſ. de off. Parochi c. 2. n. 111.*

8 Ampliatur ſeptimò, habent Prælati liberam, immo liberaliſſimam bonorũ, & rerum eccleſiæ, & fructuum diſpoſitionem in bonos, pioſque vſus conuertendo, *glo. in c. peruenit, 12. q. 2. Ruding. variar. lect. feud. c. 79. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §. 9. n. 8.*

9 Hinc eſt, quòd Prçlatus in rebus, & bonis eccleſię malè verſans habetur, vt fur et prędo, *l. ſi fundum, §. ſi tutor, ff. pro empt.* & Prælatus ratione malæ adminiſtrationis venit officio priuandus, *cap. per tuas de ſimonia, c. vltimo 16. q. 1. gloſ. in c. ſanctorum, in verbo corã Epiſcopo 16. q. 7. Bellamera deciſ. 677. de reliquijs venerationæ ſanctorum. Nauarr. in conſil. 53. de ſent. excomm.*

Quia non tantùm eſſe Prælatum, ſed Prælati opera facere laudabile, *c. cauete, 22. q. 5. glo. in c. gloria 12. q. 2. in verbo nõ Hieroſolymis.*

SVMMARIVM.

1 Prælatis non omnimodò donatio bonorum, & rerum eccleſiæ prohibita eſt, moderata tamen permiſſa eſt.

2 Rectè diſponit, qui moderatè donat.

3 Donare poteſt Prælatus agnatis, & affinibus, etiam ad decenter ſtatus conſeruationem ſecundum conditionem nataliũ, & eſt pium opus, dummodò fiat principaliter Dei amore, ſecundariò reſpectu agnationis, & ſanguinis, n. 4. non autem profuſa liberalitate, n. 5.

6 Conſuetudo ſi extat, vt Prælatus magna donare poſſet eſt obſeruanda, ſed non immenſa, vt eccleſia lædatur n. 7. quia nunquam eſſet toleranda, n. 8.

9 Non per omnia Prælati tutoribus, & curatoribus æquiparantur, & quomodo nu. 10. 11. 12. & 13.

QVÆSTIO XVII.

An omnimodò donatio bonorũ, & eccleſiæ reddituum, Prælatis ſit prohibita?

PRælatis eccleſiæ non omnimoda bonorum, & eccleſiæ reddituum, prohi-
1 bita eſt, *c. cæterum de donationibus*, ſed moderata donatio permiſſa eſt, *Ruding. variar. lect. feudal. c. 81. num. 10. Marcus Ant. de Bardis in tract. de temp. vtili vel continuo cap. 25. Lopez inſtruct. conſcient. par. 1. c. 152.*

2 Ratio eſt, quia qui moderatè donat, rectè diſponit, *Curtius ſenior in conſ. 86. num. 6. Cardinal. Alexand. in c. 1 in tit. ſi de feud. fuerit controuerſia, glo. in c. fraternitatem in verbo grauius de donationibus.*

3 Donare poteſt agnatis, & affinibus, poteſt, & ſuis, etiam ad decenter ſtatus conſeruationem ſecundum conditionẽ natalium, & eſt pium opus, *cap. non eſt probanda 76. diſt. Federic. de Senis in conſ. 33. Abb. in c. licet de ferijs.*

Dũmodò principaliter fiat Dei amo-
4 re, *Nauarr. in conſ. 20. de prębendis, Afflict.*

*ſtiũ.dec.*189.ſecundariò reſpectu agnationis, & ſanguinis, *Aloyſ. Ricc. in prax. reſol.*89.*to.*4.*Ruding. variar.lect. feudal. cap.*79.*n.*12.

Non autem profuſa quadam libera-
5 litate, quia non eſſet ſine ſcrupulo peccati, *c.peruenit* 1.*q.*3.*Sotus de relig. to.* 3. *cap.*25.*n.*8.*Azor.inſtitut.moral.p.*1.*lib.*2. *num.*4.*Petrus Nauarr.de reſtitut. tom.* 1. *lib.*2.*cap.*3.*n.*335.

6 Tamen ſi conſuetudo extaret, vt etiã magna donare poſſet, eſſet attendenda, *gloſ.in cap. cum nobis in verbo liberam de electione, gloſ. in c. cæterum in verbo conſuetudo de donationibus, Gratian. diſcept. forenſ.cap.*395.*n.*25. *Sotus de iuſt.& iure lib.*2.*q.*3.*art.*8.

Sed non immenſa, vt eccleſia lædatur, quia nunquam talis conſuetudo eſ-
7 ſet toleranda, *glo. in c.venerabilis in verbo ſuſpectus de off.& poteſt.iud.deleg.*

Nam eſſet iurium deſtructio, & ab-
8 rogatio, *Ruding.variar.lect.feudal. c.*18. *num.*5.*Decius in conſ.*16.*num.*1.*Ferett.in conſ.*278.

9 Ratio eſt, quia non per omnia Prælati tutoribus, & curatoribus pariſicantur.

10 Primò, quia Prælati ſunt quaſi domini, quòd procuratoribus, neque tutoribus, & curatoribus non conuenit, quia potentiùs ius habent, *Menoch.de arbitr. caſu* 433.*cent.*5.

11 Secũdò, quia ratione dignitatis multa conceduntur, *Nauarr.in conſ.* 29.*de præbendis, de Franch.decis.*8.*n.*11.

12 Tertiò, nam Prælati ſunt perpetui adminiſtratores, quòd tutoribus, & curatoribus non conuenit, qui ſunt ad tẽpus, *vt toto titulo de tutelis*, nam beneficia ad tempus non conceduntur, ſed ſunt perpetua, *Nauarr.in cons.*4.*de iure patronatus, idem in comment. de spolys clericor.*§.3.

13 Quartò, & vltimò, de adminiſtratione reddere rationem nõ tenentur, prout tutores, & curatores, *vt toto tit.de tutelis, & de adminiſtrat.tut.*

Et ideò nõ mirum ſi Prælatis aliqua conceduntur, & permittuntur, quæ neque tutoribus, neque curatoribus conceduntur, *glo.in c.cum nobis de electione.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio moderata, quæ Prælatis permittitur, eſt habita conſideratione ad donantis, & donatarÿ qualitatem eccleſiæ diuitias, & loci conſuetudinem.*
2 *Prælatus ſi ex induſtria aliqua bona acquiſiuit poteſt liberaliùs de ipſius eccleſiæ bonis diſponere, quàm illaqui nihil acquiſiuit.*
3 *Prælatus poteſt ſuis ſubuenire in neceſſitate conſtitutis, & in remunerationem accepti beneficÿ donare poteſt, n.*4.
5 *Proprietates bonorum eccleſiæ vendi, nec alienari poſſunt à Prælatis, exceptis, ſi eſſent aliqua terrulæ ſteriles, n.*6.

QVÆSTIO XVIII.

An donatio moderata bonorum, & rerum eccleſiç debet haberi reſpectus, & conſideratio ad donantis, & donatarij qualitatem?

Donatio Prælatis moderata bonorũ, & eccleſiæ redditũum conceſſa, & permiſſa eſt, *c.non liceat, & c.ſine exceptione* 12.*q.*2.iuncta *glo.in verbo quicquã, Azor.inſtitut.moral.p.*1.*lib.*2.*nu.*4. *Lopez inſtruct.conſcient.p.*1.*c.*152.

Ampliatur primò, moderata dona-
1 tio conſideratur habito reſpectu ad donantis, & donatarij qualitatem, eccleſiç diuitias, & loci conſuetudinem, *c.non eſt probanda* 76.*diſt.*

Et ob id iudicis arbitrio relinquitur, *Menoch.de arbitr.caſu* 434.*nu.*4.*Ruding. variar.lect.feud.cap.*79.*n.*15.

Ampliatur ſecũdò, ſi Prælatus ex ſua
2 induſtria, aliqua bona acquiſiuit poteſt liberaliùs diſponere de ipſius eccleſiç bonis, quàm alius, qui nihil acquiſiuit, nam ille non habet tantam poteſtatem, quàm ille, qui plurima eſt adeptus, *Ab-*

bas

bus in cap. conſenſus n. 2. de reb. eccleſ. non alienandis.

3 Ampliatur tertiò, Prælatus poteſt
ſuis ſubuenire in neceſſitate conſtitutis,
Eſai cap. 3. carnem tuam ne deſpexeris
aliàs miſerrima eſſet Prælatorum con-
ditio, ſi ſuis ſubuenire non poſſet, *Na-
uarr. in conſ. 77. de præbendis, Ruding. va-
riar. lect. feudal. c. 8. Regens Rouit. in prag.
4. de feudis.*

Ampliatur quartò, in Prælato, qui in
remunerationem accepti beneficij do-
4 nare poteſt, *gloſ. in c. vltimo in verbo præ-
ſtatione de peculio cleric. Iaſon in conſ. 73.
vol. 2. Conarr. [illegible] regul. peccatum par. 2. §. 2.
Nauarr. in manual. cap. 17. Amend. add.
ad Præſid. de Franchis, deciſ. 28.*

Limita primò, & declara remunera-
tionem accepti beneficij, ad quem ter-
minum attingere debet expeditum non
eſt, & ob id iudicis arbitrio relinquitur,
*Rom. in l. vltimo, ff. de his, quibus vt indi-
gnis, Paul. de Caſtro in conſ. 285. in fine.*

Limita ſecundò, omnia ſuperiùs di-
cta intelligenda ſunt de fructibus, & ec-
cleſiæ redditibus, non autem de pro-
5 prietate, *c. nulli de reb. eccl. non alienandis,
Nauarr. in comment. de ſpolys cleric. §. 2.
n. 2. Stephanus Quaranta in bull. in ver-
bo alienatio rerum eccleſiaſtic. n. 50.*

Hinc eſt, quòd proprietates à Præla-
tis vendi, nec alienari poſſunt ſine ſupe-
rioris authoritate, & capituli conſenſu,
*c. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælat. ſi-
ne conſenſu cap. Nauarr. in conſ. 18. de reb.
eccl. non alienand. Bonac. variar. in tit. de
alienat. rer. eccleſiaſt. diſp. 2. quæſt. vnica
num. 15.*

Exceptis ſi extarent aliquæ terrulæ
6 ſteriles exigui valoris, quæ à Prælatis
vendi, & alienari poſſunt, iuxtà termi-
nos, *c. Terrulas 12. q. 2.* in quarum alie-
natione non requiritur Apoſtolica au-
thoritas, *Leo in theſaur. for. eccleſ. par. 1.
cap. 15. n. 6.*

Dummodò cauſa cognita, & in eui-
dentem eccleſiæ vtilitatem Ordinarius
ſua authoritate alienationem approba-
uerit, *Aloyſ. Ricc. in prax. dec. 39. in 1. edi-
tione, Quaranta in bull. in verbo alienatio
num. 45.*

LIBER QVINTVS CANONICARVM QVAESTIONVM IVRIS PATRONATVS RESOLVTIONES.

SVMMARIVM.

1 *Laici iura ſpiritualia poſsidere non poſſunt ex iuris reſiſtentia, & dùm non poſſunt poſsidere, neque præſcribere, n.2. & procedit etiam in habentibus cauſam ab eis num.3.*

4 *Naturaliter, & de facto laici poſſunt iure ſpiritualia poſsidere.*

5 *Poſſeſsio ciuilis exigitur ad præſcriptionẽ in ſpiritualibus complendam, & tales in quem de iure huiuſmodi poſſeſsio cadere poſsit.*

6 *Sine poſſeſsione præſcriptio prælem generare nõ poteſt, id eſt dominium acquirere præſcribens.*

7 *Ius commune, quando reſiſtit præſcriptioni, neceſſarius eſt titulus.*

8 *Nemo poteſt in alium transferre plus iuris, quàm ipſe habet.*

9 *Succeſſores religioſi, qui facti qualitatem ignorant, poſſunt præſcribere.*

10 *Alieni facti ignorantia tolerabilis eſt, & dat cauſam præſcriptioni.*

11 *Error facti præſcriptionem non impedit.*

12 *Vitium prædeceſſoris non nocet ſucceſſori.*

13 *Mala fides defuncti nocet hæredi vniuerſali.*

14 *Hæres cum defuncto vna persona cenſetur.*

15 *Succeſſor in dignitate, non eſt eadem perſona cum defuncta.*

16 *Laicus habens conceſsionem à ſummo Pontifice reſpectu adminiſtrationis in temporalibus, poteſt concedere religioſis adminiſtrationem in temporalibus, etiam poteſt concedere religioſis dominium temporalium, num.17.*

QVÆSTIO I.

An clerici, vel monachi, poſſint præſcribere eccleſiam obtentam à laicis reſpectu proprietatis, & dominij in temporalibus?

NOn iniucũda propoſita quæſtio eſt: pro cuius declaratione aſſumo cõcluſionem negatiuam cum ampliationibus, & limitationibus.

Prima concluſio: laici ſpiritualia iu-
1 ra poſſidere non poſſunt ex iuris reſiſtentia, *c.2. de iudicijs cap. eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitutionibus, c. benè quidem, & c. ſrdno 96. diſt. Abbas in c. ab excommunicato n.6. de reſcriptis, Sayr. de cenſuris lib.1. tit.1. n.13. Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q.25. num.6. Peregrin. de iure fiſci lib.6. tit.8. nu.18. Velaſc. de iure emphit. qu.17. nu.25. Paul. de Cittad. in tract. de iure patronatus q.8. art.4. n.13. Reg. de Marmis lib.1. c.222. & n.1. reſol. quot.*

Ampliatur primò, dùm non poſſunt
2 poſſidere, neque præſcribere, *cap. cura paſtoralis,* iuncta *glo. in verbo legitimè de iure patronatus, Abb. in cap. ex ratione de ætat. & qual. Mareſcott. variar. reſol. lib.2.*

re-

reſol.94.Bellug.in ſpecul.princip.rubr.22.
num.29.Guid.Pap.deciſ.288.num.1.& 2.
Barboſ.de off.Parochi c.28. §.1. *num.49.*
Azor.inſtitut. moral.lib.2.c.36.q.11.

Ampliatur ſecundò, vt procedat in
3 habentibus cauſam ab eis, *c.cauſam quæ*
de præſcriptionibus, Abb.in c.dudum de
electione, Dilectus de arte teſtand.cautel.
27.in tit.de legatis n.3.Sbrozz.de off.Vic.
qu.178.Couarr.lib.1.variar.c.10.nu.14.
Borell.in ſum.om.deciſ.to.1.tit.19.n.114.
D.Regens de Marinis lib.1.d.c.222.n.7.
reſol.quotid.

Ampliatur tertiò, naturaliter, & de
4 facto poſſunt talia iura laici poſſidere
in periculum animarum ſuarum, *Innoc.*
in c.conſtitutis de electione cap.decernimus
de iudicijs, Couarr.in cap. Alma mater de
ſent.excomm.§.11.Moneta de decimis,c.4.
n.8.Anaſt.German.de ſacr.immunit.lib.3.
c.19.n.50.Paul.de Cittadinis in tract. de
iure patronatus q.6.art.4.n.13:

Ampliatur quartò, exigitur ciuilis
poſſeſſio ad præſcriptionem in ſpiritua-
5 libus complendam, vt perſona ſit talis,
in quem huiuſmodi præſcriptio cadere
poſſit, *c.Maſſana, & cap. ſacroſancta de*
electione, Sbrozz.de off.Vic. lib.1. qu.51.
Gutier.canonic.qq. lib.1.qq.15.n.2.

Ampliatur quintò, ſine poſſeſſione
6 præſcriptio prolem generare non po-
teſt, ideſt dominium præſcribens acqui-
rere, *c.ex literis de probationibus, Selua in*
tract.de benef.q.23.2.par.n.13.Velaſc.de
iure emphit.q.17.n.15.

Ampliatur ſextò, quando ius cõmu-
7 ne reſiſtit, neceſſarius eſt titulus, vt præ-
ſcriptio procedat, *c.1.de præſcriptionibus*
lib.6.Barboſ.de off.Parochi c.28.n.43.

Hinc dixit, *Bal.in cap.ad aures de præ-*
ſcriptionibus, quòd laicus poſſidens ſpi-
ritualia cogitur oſtendere titulum, *c.ex*
frequentibus de inſtitutionibus gloſ. in c. ſi
diligenti in verbo iuſtus titulus de præſcrip-
tionibus, Sayr.de cenſuris lib.1.c.5.n.15.

Ampliatur ſeptimò, cum quòad pro-
prietatem eccleſia laicis competere nõ
poſſit ex iuris reſiſtentia, *Abbas in c.cũ*
inſtantia de cenſibus, neque poteſt alteri
concedere, *Selua in tract.de benef.2.par.*
q.23.Azor.inſtitut.moral.c.36.q.11. Bar-
boſ.de off.Parochi c.28.§.2. n.52. D. Reg.
de Marinis in dict.lib.1.reſol.quot. c.222,
num.8.

8 Et facit regula, quòd nemo poteſt
transferre plus iuris in alium, quàm ip-
ſe habet, *l.nemo de reg.iuris l.traditio, ff.*
de acquir. rer.dominio.

Limita primò, vt procedat ſupradi-
cta firmata concluſio in illis religioſis,
qui eccleſiam à laicis acceperunt, illi
ſunt in mala fide conſtituti, & non poſ-
ſunt præſcribere, *gloſ.in d.c. cura in ver-*
bo legitime, Nauarr.in conſ.1.de iure patro-
natus lib.3.

Non autem in ſucceſſoribus religio-
9 ſis, *Marcus Ant. de Bardis in tract. de*
temp.vtili, vel continuo, c.15.n.2. de Lau-
rentijs deciſ.Auen.128.

Succeſſores religioſi, qui probabili-
ter poterant facti veritatem ignorare
poſſunt præſcribere, *c. in primis 2. qu.1.*
Ant.Capyc.deciſ.4.n.25.

Potiùs errant in facto, quàm in iure,
c.ſi ſacerdos 16.q.7. alieni facti ignoran-
10 tia tolerabilis eſt, *l.plurimum, ff.de iuris,*
& facti ignorãtia, & dat cauſã præſcrip-
tioni, *Bald.in tract.de præſcript.2. p. 3.p.*
princ.q.27.

11 Et error facti præſcriptionem non
impedit, *Gabr.Rom.in tract. comm.concl.*
ſeù regul.concl.5.in tit.de præſcription.glo.
in c.ſi verò in verbo ignoraueris, de ſent.
excomm.Nauarr.in conſ.1.de iure patrona-
12 *tus*, vitiũ prædeceſſoris non nocet ſuc-
ceſſori, *Nauarr.ibidem.*

Licèt contrarium ſit in hærede, quia
mala fides defũcti nocet vniuerſali hæ-
13 redi, *l.cum hæres, ff. de diuerſ. temp.præ-*
ſcript.l.vltima, C. comm de ſucceſſionibus,
Guid.Pap. deciſ.416.Tartalia in prax. ci-
uili c.5.n.8.

Ratio diuerſitatis eſt, quia hæres cũ
14 defuncto vna perſona cenſetur, §.1. *in*
authent.de iure iurand.à moriente præſtit,
l.hæreditas, ff.de acquirend.poſſeſſ. Anton.
Gabriel in tract.comm.concl.ſiue regul. iur.
in tit.de præſcriptionibus concluſ.5.num.3.
Regens de Marinis lib.1. reſolut. quotid.
cap.26.n.8.

Et

Et hæres omne ius cauſat a defũcto, cuius perſonam repræſentat, *Bal.in c.1. de natura feudi l.hæres, & l.captam, ff. de vſucap. Ant.Capyc.dec.86.n.2.*

15 Sed ſucceſſor in dignitate, non eſt eadem perſona cum prædeceſſore, *cap. Apoſtolica 7.qu.1.c. ad decorem de inſtitutionibus, Canalc.dec.46.n.18.* & ideò cadit præſcriptio, *Abb.in c.de probationibus, Ruding.variar.lect.feudal.c.12.n.2. Guid. Pap.dec.416.n.10.*

Sed cauſam habet à ſuperiore, qui eum promouit, *Io: And.in c.nemo de electione lib.6. Ant.Capyc.dec.4.nu.15. Abb. in d.c.cura de iure patronatus.*

16 Limita ſecundò, quando laicus habebat Summi Pontificis, vel Epiſcopi conceſſionem reſpectu proprietatis, & dominij in temporalibus, & adminiſtrationem, & tunc quia adeſt titulus, poteſt eam concedere religioſis reſpectu adminiſtrationis, *cap. nobis de iure patronatus.*

Nam hoc ius poteſt concedere Summus Pontifex, vel Epiſcopus, vel is, qui hoc ius concedere poteſt, *Barboſ.de off. Parochi c.28.§.2.n.6.*

17 Et transfertur ad religioſos adminiſtratio, & dominium in temporalibus, *Add.ad Abb.in cap.Maſſana de electione, Suar.de cenſuris lib.1.c.15. nu.16. Rochus Curtius in tract.de iure patronat.in verbo in eccleſia q.8.n.5.*

S V M M A R I V M.

1 Fama, quando concurrit conceſsionis priuilegij reſpectu dominij in temporalibus eccleſiæ, poſſunt laici concedere religioſis, & poſſunt præſcribere, & iuſtam inducit credulitatem, n.2

3 Aliquis ſi accuſauit publicè infamatum, & deficit in probatione non debet puniri pœna talionis, & taliter infamato non tenetur ad famæ reſtitutionem, n.4.

5 Priuilegium in forma communi præſtat iuſtam cauſam præſcribendi, & quando de titulo habentur coniecturæ probabiles, n.6.

7 Error probabilis circa titulum habetur pro titulo.

QVAESTIO II.

An, & quando concurrit fama conceſſionis, & priuilegij cõceſſi reſpectu adminiſtrationis, & dominij in temporalibus laicis, & trãsfertur ad religioſos, poſſint præſcribere eccleſiam reſpectu adminiſtrationis, & dominij in temporalibus?

PRima concluſio: fama quando concurrit conceſſionis, & priuilegij con-
1 ceſſi laicis à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo, vel ab eo, qui hoc ius concedere poteſt, reſpectu adminiſtrationis, & dominij in temporalibus bonorũ eccleſiæ, & transfertur ad religioſos, poſſunt etiam illi religioſi, qui eccleſiã receperũt à laicis præſcribere, *Cyn. in l. 1.n.59.C de ſeruit. & aqua, Menoch. de arbitr. lib.2.caſu 89.cent.1. Barboſ.de off. Parochi c.28.§ 2.n.52. Afflict. in Conſtit. Regni, quanto cæteris, n.11. Maſcard. de probat.concl.733.n.7.& 8.*

2 Ratio eſt, quia fama iuſtã inducit credulitatem, *Nauarr.in conſ.1. de iure patronat.lib.3.Guid.Pap.dec.445.*

Vndè habens aliquam coniecturam ex fama dicitur habere ex iuſta cauſa, & probabili, *gloſ.in c.inquiſitioni in verbo probabili de ſent. excommunicationis, Reg. de Marinis lib.1. reſolut. quotid. cap.225. num.10.*

Ampliatur primò, in fama, quæ dat cauſam præſcriptioni, facit, *l.miles §.mulier, ff.de adulterijs, Canalc.deciſ.28.nu.3. Guid.Pap.dec.160.n.2.* & iuſtam inducit credulitatem, *Canalc. ibidem.*

Ampliatur ſecundò, vt fama habeatur pro titulo, *Menoch. de arbitrar. caſu 321.nu.2. Nauarr.in conſ.27. de regular. lib.3. Barboſ. de off. Parochi cap.28. §. 2. num.35.*

Hinc dixit *Bart.in l.2.c.ſi ſeruus lib.10.*

quòd

quòd ſi quis accuſauit publicè infama-
3 tum, & deficit in probatione, non debet puniri pœna tallionis; vel calũniæ propter infamiam laborantem, *Guid. Pap. dec.* 301. quia excuſatur, *Bart. in l. fin.* C. *ſi non à competenti iudice.*

Ampliatur tertiò, nam taliter infama-
4 to non tenetur ad famæ reſtitutionem, *Emanuel Sà in verbo infamia nu.6. Morl. in empt. iuris par.1. in tit. de fide inſtrum. q.2. num.16.*

Ampliatur quartò, quia priuilegium,
5 etiam in forma communi præſtat iuſtã cauſam præſcribendi, Bal. *in l. non ſolet, ff. de off. proconſulis, Abb. in conſ.* 102. *p.1. Menoch. de arbitr. caſu* 321. *n.2. Guid. Pap. deciſ.* 301. Barboſ. *de offic. Parochi cap.* 21. *num.* 51.

6 Ampliatur quintò, vt procedat quãdo de titulo habentur aliquæ coniecturæ probabiles, vt puta, quia antiqui, & fide digni aſſerebant de titulo, facit, *c. cum perſona de priuileg. lib.6. Canalc. deciſ.* 28. *n.*8.

Ampliatur ſextò, etiã in errore pro-
7 babili circa titulum, qui habetur pro titulo, *l. quod vulgo, ff. pro empt. Caſſador. dec.* 19. *de reg. Cancell. Guid. Pap. dec.* 159. *num.*7. *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 122. *num.*25.

SVMMARIVM.

1 *Incapax quando ex conſuetudine nõ eneruatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, poteſt ſe fundare in præſcriptione, & cauſa rationabilis habetur pro titulo.*

2 *Quando concurrit habilitas ex parte præſcribentis præſcriptio procedit.*

3 *Præſcriptio temporis immemorialis habet vim tituli, & eſt vice priuilegij, nu.*4. *etiam vbi Principi reſeruata competerent alicui priuato, n.*5. *in fine.*

QVÆSTIO III.

An, & quando religioſi cum præſcriptione allegant cauſam rationabilem, an poſſunt ſe fundare in præſcriptione reſpectu adminiſtrationis, & dominij in temporalibus?

Prima concluſio: Religioſi quando cum præſcriptione allegant cauſam rationabilem, tunc etiam illi Religioſi, qui acceperunt eccleſiam à laicis poſſunt præſcribere, & fundare in præſcriptione reſpectu adminiſtrationis, & dominij in temporalibus, *c. cum contingat de decimis c.2. de conſuetudine gloſ. in c. de quarta in verbo quadragenaria de præſcriptionibus,* Barboſ. *de off. Parochi c.* 28. *num.*38.

Quia etiam incapax, quando non
1 eneruatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, poteſt fundare in præſcriptione, vel conſuetudine, *Aym. de antiquit. temp. in verbo abſolutus n.*48. *Azor. inſtitut. moral. lib.7. c.36. q.10. n.*14.

Ampliatur primò, in cauſa rationabili, quæ habetur pro titulo, *De Laurentijs deciſ. Auen.* 128. *n.*23. Barboſ. *de offic. Parochi c.*28. §.8. *n.*28.

Ampliatur ſecundò, cauſam rationabilem dare cauſam præſcriptioni, *Magon. deciſ.* 74. *n.*28. *Guid. Pap. dec.* 156. *n.*2. *Barboſ. in d. tract. c.*28. §.3. *n.*15.

Ampliatur tertiò, procedere in tempore immemoriali, *c.1. de præſcriptionibus lib.6. Guid. Pap. deciſ.* 307. *per totam* Barbat. *in conſ.*25. *vol.*2.

Ampliatur quartò, vt fortiùs procedat, quando concurrit habilitas ex par-
2 te præſcribentis, vt ſunt eccleſiaſtici in caſu noſtræ quæſtionis nullas contradicet, quòd præſcriptio procedere poteſt, *Innoc. in c. cùm olim de reſtitut. ſpol. gl. in extrauag. 2, de elect. Aym. de antiquit. temp. par.4. in verbo abſolutus verſic. aduerte n.*213. *add. ad Abb. in c.2. de præſcriptionibus.*

Ampliatur quintò, in præſcriptione
3 temporis immemorialis, quæ non habet vim præſcriptionis, ſed tituli probati, vel præſcripti, *cap. ſuper quibuſdam* §. *præterea, de verb. ſignif. l. hoc iure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. vel æſtiua*

l.1.ff. de aqua pluuiæ arcenda.
Ampliatur ſextò, in præſcriptione tẽ-
4 poris immemorabilis, quæ eſt vice pri-
uilegij, *Ant.Capyc.dec.4. n.20. Afflict.*
deciſ.254.n.4.Borell.add.ad Bellug.in ſpe-
cul.princip.p.1.rubr.14. Gabriel Roman.in
tract.de præſcript.concl.1.n.1.
5 Ampliatur ſeptimò, etiam vbi prin-
cipi reſeruata competerent alicui pri-
uato, *Bart.in l.ſi Publicanus, ff. de public.*
& vectigalibus, Aym.de antiquit.tempor.
p.4.in verba abſolutis n. 48.de Laurentijs
deciſ.Auen.126.num.23.Villalob.in tract.
comm.opin.§ præſcriptio, n.223.

S V M M A R I V M.

1 *Laicus, quando de facto poſſidebat eccle-*
ſiam reſpectu proprietatis, et dominij in
temporalibus, & eam conceſſit religioſis
poſſunt præſcribere, dummodò facti qua-
litatem ignorent, num. 2. & quæ ſit ra-
tio n.3.
4 *Eccleſia, quando fuit fundata cũ hoc pacto,*
vt adminiſtratio in temporalibus ſpe-
ctaret ad laicos cum Epiſcopo conſenſu,
& peruenit ad religioſos transfertur,
etiam adminiſtratio in temporalibus,
num. 5.
6 *Laicus etiam per pactum in fundatione*
appoſitum poteſt fructus vacantes eccle-
ſiæ reſeruare ſibi, & poteſt etiam penſio-
nem in ſignum recognitionis cum Epi-
ſcopi conſenſu reſeruare, n.7

QVAESTIO IV.

An, & quando laicus de facto poſſidebat eccleſiã reſpectu proprietatis, & dominij in temporalibus, & peruenit ad religioſos præſcriptio procedit?

QVando laicus de facto poſſidebat
eccleſiam reſpectu proprietatis, &
1 dominij in temporalibus, & peruenit
ad religioſos præſcriptio procedit, *Ab-*
bas in c.cura paſtoralis de iure patronatus,
Barbat.de off.Parochi c.28.§.3.n.63.
2 Dummodò facti veritatem ignoret,
Aym.de antiquit.temp. p.4. n.25. Afflict.
in conſtit.quadragenalem nu.2. Nauarr.in
conſ.3.n.19.de frig.& maleficiat.
Ratio eſt, quia quando peruenit ec-
cleſia ad ſubiectos habiles omnia, quæ
3 poſſunt poſſidere poſſunt præſcribere,
Afflict.in tit.de probationibus per inſtrum.
n.10.Abbas in conſ.182.1.p.
Ampliatur à fortiori, vt procedat
quando eccleſia fuit à laicis fũdata hoc
pacto, vt adminiſtratio in temporalibus
ſpectaret ad laicos cum Epiſcopi con-
ſenſu, & ab eo, qui hoc concedere po-
teſt, *c.nobis*, iuncta *gloſ.de iure patrona-*
tus, c.cum dilectus de conſuetudine, facit,
l.traditionibus C.de pactis, Rebuff.in trac.
de decimis q.10.n.122.
Ampliatur ſecundò, ſi eccleſia tranſ-
5 fertur ad religioſos, transfertur etiam
adminiſtratio in temporalibus, *Abb. in*
cap.præterea, el ſecondo de iure patronatus,
de Laurentijs deciſ.Auen.136.n.19.Mo-
neta de decimis c.3.n.62.
6 Ampliatur tertiò, laicum etiam per
pactum in fundatione appoſitum poſſe
fructus vacantis eccleſię ſibi reſeruare,
c.Eleutherius, 2.q.2.glo.in extrauag.2. de
electione, Gutier.can.qq.lib.1.q.14. n.1.
Ampliatur quartò, laicum poſſe re-
ſeruare penſionem in fundatione eccle-
7 cleſiæ in ſignum recognitionis cũ Epi-
ſcopi conſenſu *dict. cap.præterea*, non
autem poſtea, ſic *glo.in d.c.præterea, Na-*
uarr.in conſ.2.n.8.de iure patronat.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia præſcribit eccleſiam, & eam ha-*
beat in proprios vſus, vel tanquam ſu-
biectam.
2 *Quadraginta annorum ſpatio eccleſia præ-*
ſcribet eccleſiarum reſpectu vnionis, &
ſubiectionis.
3 *Eccleſia præſcribit decimas in aliena paro-*
chia ſpatio quadraginta annorum.
4 *In præſcriptione decimarum præſcriptio*
procedit quadragenaria, quando eccle-
ſia

ſia ſimplex præſcribit eccleſiam ſimplicē, ſecus autem quando præſcribit contra parochialem, quia tunc requiritur titulus coloratus, vel tempus immemorabile, n.5.

QVAESTIO V.

An, & quando eccleſia poteſt præſcribere aliam eccleſiam?

PRima concluſio: vna eccleſia præſcri-
bit aliam eccleſiam, vt eam habeat in
1 proprios vſus, vel tanquam ſubiectam,
Abb. in c. cura paſtoralis de iure patronatus, Rochus Curtius in tr. de iure patronatus in verbo ipſe, vel is à quo, q. vlt. in fine, Couarr. variar. qq. lib. 1. c. 17. n. 6.

Ampliatur primò, ſpatio quadragin-
2 ta annorum eccleſia præſcribit aliam
eccleſiam, non ſolùm reſpectu vnionis, *gloſ. in c. de quarta in verbo quadragenaria de præſcriptionibus, c. placuit 16. qu. 3.* ſed etiam ſubiectionis, *gloſ. in cap. ad aures in verbo quadragenalis de præſcript. c. placuit 16. q. 3. gloſ. in c. ad aures in verbo quadragenalis de præſcriptionibus, Tiraq. in trac. de priuileg. cauſ. pia priuil. 139. Nauarr. in conſ. 4. de iure patronatus lib. 3.*

Ampliatur ſecundò, quia vna eccle-
3 ſia preſcribit decimas in aliena paro-
chia, *c. ad Apoſtolica de decimis. glo. in c. ſi diligenti in verbo iuſtus titulus de præſcriptionibus.*

Spatio quadraginta annorum, *c. 1. de præſcriptionibus lib. 6. gloſ. in c. quia indicante in verbo quadragenaria eod. tit. in antiquis, Abbas in conſ. 94. par. 1. Thorus add. ad Tiraq. de priuil. cauſ. pia priuileg. 139.* & ibi *Ricc. add. Nauarr. in conſ. 1. de iure patronatus lib. 3. Barboſ. de off. Parochi, c. 1. n. 33.*

4 Limita in præſcriptione decimarum
præſcriptio procedit quadragenaria, quando eccleſia ſimplex preſcribit aliā eccleſiam ſimplicem, vel quando parochialis contra parochialem, *d. c. de quarta, Guid. Pap. deciſ. 161.* & ibi *add. in verbo quia indicante.*

5 Secus autem, quando eccleſia ſim-
plex præſcribit contra parochialē, quia tunc requiritur titulus ſaltem coloratus *Rota in vna Toletana coram Blanchetto,* refert *Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 294. 1. par. Mareſcott. variar. c. 95. nu. 24.* Barboſ. *in tract. de off. parochi c. 28. §. 1. n. 25.*

Vel per tempus immemorabile abſque titulo, *c. 1. de præſcriptionibus lib. 6. c. ad decimas de reſtitut. ſpoliat. Guid. Pap. dec. 307. Manſon. de cauſ. exequutiuis ampliat. 34. n. 63. Barboſ. in d. tract. cap. 28. num. 46.*

SVMMARIVM.

1 *Contra naturalem æquitatem eſt, vt vna eccleſia ſeruiat alteri.*
2 *Ius commune quando reſiſtit, vel præſūptio eſt contra præſcribentem, præſcriptio debet eſſe legitima, & habere omnes qualitates à iure requiſitas.*
3 *In præſcriptione vnius eccleſiæ reſpectu alterius circa vnionem, & ſubiectionē, ſufficit titulus coloratus, etiam minus legitimus, n. 4.*
5 *Vna eccleſia habet ſymbolum, & communionem cum altera eccleſia.*
6 *Eccleſia eſt capax præſcriptionis reſpectu alterius eccleſiæ, quia ius nec aſſiſtit, nec reſiſtit.*

QVAESTIO VI.

An in præſcriptione vnius eccleſiæ reſpectu vnionis, & ſubiectionis alterius eccleſiæ requiratur titulus?

REquiritur in iſta præſcriptione vnionis, vel ſubiectionis vnius eccleſiæ reſpectu alterius titulus cum quadragenaria poſſeſſione, *gloſ. in c. ad aures in verbo quadragenaria de præſcript. Abb. in cap. de monachis de præbendis, & dignitatibus.*

1 Quia abſque titulo non currit, cum
ſit contra naturalem æquitatem, vt vna eccleſia ſeruiat alteri, *Abb. in c. 1. ne lite*

penaente, & eſt ius, *Alexan. in conſ.*106. *lib.*2.*gloſ.in l.fin.ff. quemadmodum ſeruitus admittatur, Barboſ.de off. paroch. c.*28. *num.*46.

Ratio eſt, quia quando ius commune reſiſtit, vel præſcriptio eſt contra præſcribentem, præſcriptio debet eſſe legitima, & habere omnes qualitates à iure requiſitas, ideſt titulum poſſeſſionem, & bonam fidem, *DD.*communiter in *c.*1.*de præſcriptionibus lib.*6.

Limita, ſeù declara, quòd in præſcri-
3 benda huiuſmodi ſeruitute vnionis, & ſubiectionis ſufficit titulus qualiſcumque coloratus, *Abb.in d.c.cura de iur.patronatus, Alex.in conſ.*185.*vol.* 3. *Morl. in emp.iuris p.*1.*in tit.de fide inſtrum.q.*2. *num.*6.

4 Etiam minus legitimus, *c.peruenit de empt.& vendit.Guid.Pap.deciſ.*160.& ibi *add.in verbo cauſam præſcribendi, Coſta de remed.ſubſid.remed.*127.*n.*23.

Et requiritur titulus qualiſcumque coloratus in huiuſmodi ſubiectione, & vnione propter præſumptionem libertatis, *Abb.in d.c.cura, de Laurentijs deciſ. Auen.*40.*n.*5.*Nauarr.in comment. de ſpolys cleric.*§.3.*n.*1.

Ratio eſt, quia dũ tractatur de vnione, vel ſubiectione vnius eccleſiæ cum altera non eſt odioſum, vel irrationabile, cum vna eccleſia habeat cum altera ſymbolum, & communionem, *Guttier.de m[illegible]im.cap.*67.*n.*28.

Et ideò ſufficit titulus etiam inualidus, *Felin.in cap.ſi diligenti col.*3.*de præſcriptionibus, Nauarr.in d. tract. de ſpolys clericorum* §.3.*Alter.de cenſib. lib.*1. *diſp.*4.*cap.*6.

Et ratio efficacior eſt, quia eccleſia
6 talis præſcriptionis eſt capax, quia ius nec aſſiſtit, nec reſiſtit, *Arias Pinell. in l.*2. 2.*par.c.*4.*de præſcript. Aymon.de antiquit.temp.par.*4.*in verbo abſolutis num.*5. *de Laurentijs dec.Auen.*40.*n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Prælatura eccleſiæ reſpectu tituli præſcribi non poteſt.*

2 *Canonicam electionem in beneficijs vnuſquiſque probare tenetur.*

3 *Titulus beneficij eccleſiæ præſcribi non poteſt.*

4 *Spiritualia ſine titulo retineri non poſſunt vllo modo.*

5 *Poſſeſſio ſola non facit aliquem decurionẽ, ſed canonica electio.*

6 *Ius præſcribendi iura canonica non præbens, niſi interueniat titulus, & bona fides.*

7 *Poſſidens beneficium Prælaturam, vel officium abſque titulo non poteſt præſcribere.*

8 *In præſcriptione iurium ſpiritualium bona fides, iuſtus titulus requiruntur.*

9 *Vitioſus titulus in beneficijs non operatur præſcriptionem.*

10 *Titulus coloratus iuſtus operatur præſcriptionem in beneficijs.*

11 *Beneficij eccleſiaſtici poſſeſſor bonam fidẽ habens cum titulo colorato defendit poſſeſſorem aduerſum alium cum titulo canonico.*

12 *Præſcriptio legitima, quæ ſit, vide.*

QVÆSTIO VII.

An, & quando eccleſia præſcribi poſſit reſpectu tituli?

PRima concluſio: ſi loquimur de ſubiectione reſpectu tituli, vt præſcribens eccleſiam habeat tanquam rector, vel Prælatus, & in hoc nulla poteſt cadere præſcriptio, *glo.in c.*1.*in verbo obtineri de*
1 *reg.iuris lib.*6.*gloſ.in c. contingit in verbo conſtitueruntur de dolo, & contumacia, Petrus Rebuff.in prax.benef.in tit.de reſcrip. ad benef.vacant.in verbo ſupereſt, nu.*26. *Coſta de remed.ſubſid.remed.*127.*Sãchez de matrim.diſp.*22.*n.*49.

2 Ratio eſt, quia canonicam inſtitutionem in beneficialibus vnuſquiſque probare tenetur. *gloſ. in c. ex inſinuatione in verbo probare potuerit de procuratoribus, c.ex frequẽtibus de inſtit. Borell.add.ad Belluga in ſpecul.princ.rub.*11.*Aloyſ. Ricc.dec.*46.1.*par.Nauarr.in tract.de ſpolys cleric. cap.*28.

cap. 28. §.2. *Io: Valer. de different. inter vtrumque for. in verbo nullitas differen.* 2. *num.* 9.

Ampliatur primò, in eo, qui dicit ſe
Prælatum eccleſię non prodeſt proba-
re præſcriptionem, niſi titulum ſuæ or-
3 dinationes oſtendat, *c. legum* 12. *qu.* 1. *c.*
dilecto de præbendis, facit, *c. literas de reſti-*
tut. ſpoliat. Ant. Capyc. deciſ. 3. *n.* 2. *Leſſ. de*
iuſt. lib. 2. *c.* 29. *dub.* 8. *n.* 68.

4 Ratio eſt, quia ſpiritualia ſine titulo non poſſunt vllo modo præſcribi, *Innoc. in cap. ad noſtram de iure iurando.*

Hinc eſt, quòd in ſpiritualibus quis tenetur oſtendere titulum, aliàs diceretur intruſus, *Capyc. deciſ.* 6. *Guid. Pap. dec.* 85. *num.* 2

5 Ampliatur ſecundò, ſolam poſſeſſionem non facere aliquem decurionem, ſed canonica electio, *gloſ. in l.* 1. *in verbo computando, ff. de ſeruit. ruſtic. prædict. Nauarr. in conſ.* 14. *de off. ordin. in append. idem in comment. c. nouit ille de iudicijs.*

Ratio eſt, quia ius pręſcribendi iura
6 canonica non præbent, niſi interueniat
titulus, & bona fides, *c. vigilanti de præ-*
ſcriptionibus, gloſ. in c. literis in verbo ca-
nonica de reſtitut. ſpoliat. Barboſ. de officio
parochi c. 37. *n.* 36.

Ampliatur tertiò, nam poſſidens be-
neficium, Prælaturam, vel officium abſ-
7 que titulo, nunquam poteſt habere bo-
nam fidem, & ideò titulum nunquam
præſcribere poteſt, *Abb. in cap. fin. de*
præſcript. idem in conſ. 14. *de off. ordin.*

Ratio eſt, quia in ſpiritualibus bona fi-
8 des, & iuſtus titulus requiruntur, *glo. in*
c. ſi diligenti in verbo iuſtus titulus de
præſcript. glo. in c. 1. *in verbo, & nota de*
regulis iuris lib. 6. *Filliuc. to.* 1. *c.* 9. *n.* 224.

Limita primò, ſi interuenit iuſtus, vel coloratus titulus cum bona fide operatur præſcriptio, vt poſſit vti fructibus contra omnem agentem, *Abb. in c. cura de iure patronatus, Magon. deciſ. Lucen.* 33. *Gabriel Roman. in tract. comm. concluſ. ſine regal. in tit. de præſcriptionibus concluſ.* 14. *Sanchez de matrimonio lib.* 3. *diſput.* 22. *num.* 49.

9 Dummodò coloratus titulus non ſit vitioſus, *l. an vitium, ff. de diuerſ. & temp. præſcript. glo. in c. contingit de dolo, & contumacia, Nauarr. in cōſ.* 55. *de ſimonia, Barboſ. de off. Parochi c.* 17. *n.* 33.

Limita ſecundò, quamuis ad ſacerdotia, & beneficia titulus præſcriptione acquiri non poſſit, *c. ex frequentibus de inſtitutionibus, reg.* 1. *de reg. iuris lib.* 6. *Couarr. variar. reſol. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 9. *Valer. Reginal. in prax. for. pœnitent. lib.* 1. *n.* 102. *Filliuc. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 9. *n.* 227.

Ea ratione, quia beneficia aliter quā canonica inſtitutione poſſideri nō poſſunt, *Abb. in cap. conſtitutus de filijs preſbyterorum, Suar. to.* 4. *par.* 5. *diſp.* 26. *ſect.* 6. *n.* 12. *Valer. de different. inter vtrumque for. in verbo nullitas diff.* 7. *n.* 5.

10 Legitima præſcriptio ipſum poſſidētem aduerſus eum, qui etiam legitimo titulo petierit iure defendit, *glo. in d. cap. contingit*, quam ſequuti sūt DD. & præſertim *Abb. in cap. capitulum ſanctæ Crucis de reſcriptis, Nauarr. in conſ.* 14. *de off. ordin. in append.*

11 Hinc eſt, quòd beneficij eccleſiaſtici poſſeſſor bonam fidem, & titulum coloratum habens decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes poterit ſeipſum defendere aduerſus alium, qui ad id beneficium in iudicio agere iure canonici tituli voluerit, ſcribit, *Felyn. in c. ſciant de iure iurando, Selua in tract. de benef.* 3. *par. q.* 21. *Nauarr. in conſ.* 15. *de ſimonia, idem in d. conſ.* 14. *de off. ordinar. Couarr. variar. lib.* 1. *in tit. de præſcriptionibus*, §. 10.

12 Legitima pręſcriptio ea eſt, quæ ex tempore præfinito cum bona fide, & titulo colorato conſtat, *Abb. in c. fin. n.* 37. *de præſcription. Selua in d. tract.* 3. *par. qu.* 21. *Villalob. com. opin.* §. *præſcriptio n.* 234. *Couarr. in d. tract. lib.* 1. *in tit. de præſcriptionibus*, §. 10.

Dominus Io: Baptiſta Longus V.I.D. ſocer meus, in allegatione pro illis de Tagliaferro manuſcripta, quæ conſeruatur per Dominas Claram, & Catharinam, & Iſabellam Longo eius filias de nobilitate, & antiquitate Longorum familię, ſcripſit ſatis doctè. Ad. Re-

Reuerẽd.D. Carolus Guadagno Nolanus S.T. & V.I.D. In libro de vita, & miraculis venerabilis Marię Longo ſundatricis Incurabilium, & Monaſterij Monialiũ Sancti Franciſci, detto le Cappuccinellæ.

Per ſequentes quæſtiones tractatur, quando ex reædificatione eccleſiæ acquiratur ius patronatus.

Et quando ex conſtructione fũdatione, & dotatione ius patronatus acquiratur?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reædificata loco prioris ſuccedit.*

2 *Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

3 *Actio ſemel extincta reuiuiſcere non poteſt.*

4 *Remittentibus actiones ſuas, amplius non datur regreſſus.*

5 *Qui ſemel noluit petere bonorum poſſeſſionem, ius ſuum perdit.*

6 *Eccleſia quando totaliter eſt deſtructa, & per longum tempus diruta, apparet quilibet eam reædificans cum aſſenſu Epiſcopi acquirit ius patronatus, & quæ ſit ratio, num. 7.*

8 *Taciti, & expreſſi, idem eſt iudicium.*

9 *Beneficium cenſetur habitum pro derelicto per deſertionem longo tempore factam.*

10 *Pœnam ſemper debet præcedere monitio.*

11 *Patronus in reædificatione eccleſiæ omnibus præfertur.*

12 *Patronus per diſertionem eccleſiæ longo tempore factam præſumitur habere pro derelicto, & veriſimile eſt ex lapſu temporis non curare, n. 13.*

14 *Veriſimilitudo pro lege habetur, & eſt cognata naturæ.*

15 *Honor Dei magis augeri, quàm minui debet.*

QVÆSTIO VIII.

An, & quando eccleſia eſt reædificata de prima materia ab alio, quàm à patrono, primus patronus remanet patronus?

PRo reſolutione quęſtionis arguã pro, & contra breuiter, vt mei moris eſt.

1 Pro primo patrono, facit, primò eccleſia reędificata loco prioris ſuccedit, *l. proponebatur de iudicijs c. denique 7. q. 1.* vndè eadem intelligitur, *l. ſi cum. §. iniuriarum, ff. ſi quis cauſ. l. 2. ff. ſi ex noxal. l. ſi domus, ff. de vſufructu, Decius in conſil. 50. col. 2.*

Secundò facit regula, ſubrogatus ſa-
2 pit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, *Bart. in l. ſi quis filium in 1. notab. C. de inoffic. teſtamento, Gomeſ. in §. fuerat n. 5 inſtit. de action.*

Pro contraria parte, & ſic pro reædificante videtur dicendum.

Primò, quòd actio ſemel extincta re-
3 uiuiſcere non poteſt, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolutionibus, c. quamuis de conſecrat. diſt. 4.*

Et remittentibus actiones ſuas amplius non datur regreſſus, *l. item quæritur, § ſi venditor, ff. de ædilitio edicto.*

4 Secundò, facit, qui noluit petere bonorum poſſeſſionem ius ſuum perdit,
5 vbi noluit cœpit ius ſuum ad alium pertinere, *l. 1. § ſi tutor, ff. de ſucceſ. edicto, et ad ius remiſſum amplius redire non poteſt, c. licet de off. deleg.*

Pro reſolutione quæſtionis tres oportet diſtinguere caſus.

Primus eſt, aut eccleſia eſt totaliter
6 deſtructa, & per longum tempus vltra triginta annos diruta apparet, & quilibet eam reędificans etiam de eadem materia acquirit ius patronatus cum aſſenſu Epiſcopi, *cap. 3. iuncta gloſ. in verbo fundatores de iure patronatus.*

7 Ratio eſt, quia quando eſt totaliter deſtructa, & reędificatur, noua dicitur

ec-

eccleſia, *Syluest. in 2. par. in verbo ius patronatus, Rot. dec. apud Seraph.* 155. & primus patronus perdit ius ſuum, *gloſ. in c. cum olim in verbo tacitè de cenſibus.*

Et ex temporis antiquitate cenſetur ius ſuum remiſiſſe, *l. ſi quis ius iurandum ff. de reb. dubijs*, videtur tacitè iuri ſuo renunciaſſe, *glo. in c. ex ore de his quæ fiunt à maiori par. cap.*

8 Et taciti, & expreſſi idem eſt iudiciũ, *l. quamquam, ff de nou. oper. nuntiat. l. cum quid, ff ſi certum petatur, l. ſi ſponſus, §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem.*

Et præſumitur eccleſiã habuiſſe pro derelicto, *l. qui falſis, C. ad l. Cornel. de falſis, c. quæſitum de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, Dominus Regens Rouitus in comment. ad prag. Regn. in rub. de reuocat. grat. num.* 19.

Et ſpatio antiqui temporis cæcidit ab illa conceſſioni iuris patronatus, facit, *l. 1. ff. de nundinis, Cardin. Alexand. in c. 1. de controuerſ. inueſtit. Puteus dec.* 528.

9 Sicut beneficium cenſetur habitum pro derelicta per deſertionem longo tempore factam, *c. ad audientiam de off. Vic. l. locorũ, C. de omni agro deſert. lib.* 11.

Secundus caſus, aut eſt de recenti deſtructa, & tunc ante conceſſionem alteri faciendam de iure patronatus debet monitio fieri primo patrono, vt eã reædificet ſub pœna priuationis iuris patronatus, *glo. in c. Raynutius de teſtamentis.*

Quia pœna ſemper procedere debet

10 monitio, *c. indignè 12. q. 2. Syluest. 2. par. in verbo ius patronatus, nu. 2. Rochus Curtius in tract. de iure patr. in verbo & conſtruxit, q. 8. glo. in c. vltimo in verbo redierint de cleric. non resident.*

Aliàs ipſo non reædificante, quilibet cum conſenſu Epiſcopi ex noua reædificatione etiam de eadem materia, acquirit ius patronatus, *Abb. in c. 3. de iure patronatus, Innoc. in c. conſuluit de Iudæis.*

11 Et patronus omnibus in reædificatione præfertur, *Abb. in cap. quod ſicut de conſecr. eccl. vel altaris*, & ſi eam reædificat, remanet patronus abſque alia noua conceſſione iuris patronatus, *Syluest. ibidem.*

Dummodò reædificatio fiat cũ Epiſcopi conſenſu, quãdo totaliter eſt deſtructa, *c. nemo de conſecrat. diſtin. 4. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo, & conſtruxit qu. 8. verſ. ſed ſub oritur quæſtio, Io. Andr. in cap. quoniam de iure patronatus.*

Nec illud ius reædificandi debet cõcedi ab Epiſcopo, quando de recenti eſt deſtructa primo patrono inaudito, facit, *c. ſua de procuratoribus, c. conſultationibus de donationibus.*

12 Secus autem, quando ab antiquo diruta apparet, quia cenſetur eccleſiam habuiſſe pro derelicta, *Menoch. in præſumptionibus lib. 2. præſumpt.* 91.

13 Quia veriſimile eſt ex lapſu temporis patronum non curare, *l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtibus*, & in qualibet materia attendenda eſt veriſimilitudo, *Baldus in conſ. 187. lib. 3.*

14 Et talis veriſimilitudo pro lege habetur, *Hypp. in l. 1. n. 51.* de quæſtionibus, & dicitur cognata naturæ, *Aretin. in conſ. 36. col. fin.*

Tertius caſus eſt, ſi monitus per Epiſcopum, & eccleſiam non vult reædificare, cuilibet reædificare volenti ius patronatus concedi debet, *Syluest. in 2. p. in verbo ius patronatus.*

15 Ratio eſt, quia honor Dei magis debet augeri, quàm minui, *cap. ex parte de conſtitutionibus*, & etiam reipublicæ intereſt, vt ciuitas ruinis non deturpetur, *Theſaur. dec. 41. n. 16.* & ex eccleſiarum conſtructione ciuitas decoratur, *Rom. in conſ. 11. lib. 4. Franc. Zoannett. in tract. de venatione germanica.*

SVMMARIVM.

1 *Per nouam eccleſiæ conſtructionem cũ Epiſcopi conſenſu patronus deſinit eſſe patronus.*

2 *Nauis ſi per partem reficiatur, non perditur vſusfructus, ſecus autem ſi ex toto diſſoluatur.*

3 *Ex noua eccleſia conſtructione, prima diſſoluta, & in totum deſtructa, noua dicitur eccleſia, & ideò de nouo conſtruens, acqui-*

acquirit ius patronatus cum Epiſcopi consensu.

4 *Conſtruens altare in eccleſia cum Epiſcopi consensu, acquirit ius patronatus.*

5 *Eccleſia ſi per primum patronum, non ſolù fuit conſtructa, sed etiam dotata, ſi per nouum patronum fuit conſtructa, sed dotata per primum, remanet patronus ratione dotationis, & secundus ratione conſtructionis.*

6 *Duæ cauſæ quando concurrunt, & qualibet eſt de per ſe sufficiens, vna sublata non extinguit alterius causæ defectum.*

QVÆSTIO IX.

An per nouam eccleſiæ conſtructionẽ primus patronus, deſinat eſſe patronus?

PRima concluſio: per nouam eccleſiæ
conſtructionem cùm Epiſcopi con-
ſenſu, primus patronus deſinit eſſe pa-
tronus. *Hoſtien. in ſumma de iure patro-
natus, § qualiter transferatur, Abb. in cap.*
1 *quoniam de iure patronatus, Federic. de Se-
nis in conſ. 66. Rochus Curtius in tract. de
iure patronatus in verbo eccleſiæ, quæſt. 3.
Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 3. c. 12. q. 4.
Vgolin. de poteſtate Epiſcopi, q. 53.*

Quemadmodum ſi nauis per partem
2 reficiatur, non perditur vſufructus, *Fe-
lyn. in c. cum acceſſiſſent col. 3. de conſtitu-
tionibus.*

Secus autem ſi ex toto diſſoluatur, *Alex. in l. ſi ita, §. domus, ff. de leg. 1. Abb. in d. c. quoniam de iure patronatus.*

Ratio eſt, quia ex noua conſtructio-
ne, prima diſſoluta, vel in totum deſtru-
3 cta, noua dicitur eccleſia, & ideò de no-
uo ædificans ius patronatus acquirit cũ
Epiſcopi conſenſu, *gloſ. in cap. propoſuiſti
de conſecrat. eccl. vel altaris.*

Quia perindè eſt, ac ſi nunquam in rerum natura fuiſſet, *Tiraq. in tract. retract. lign. gloſ. 2. §. 1.*

Ampliatur etiam ſi altare ſit conſtru-
4 ctum cum Epiſcopi conſenſu, & erat
per primum deſtructum acquirit con-
ſtruens ius patronatus, *Calder. in conſil.
vltimo de iure patronatus, Rochus in dict.
tract. in verbo in eccleſia q. 4.*

Limita ſi per primum patronum, non
5 ſolùm fuit constructa, ſed etiam dotata,
hoc enim caſu licet per primum patro-
num fuerit constructa, & dotata, per nō-
uum autem patronum ſit constructa,
remanet primus patronus ratione do-
tationis, & ſecundus ratione conſtru-
ctionis, *Io. Lup. in rubr. de donationibus
inter virum, & vxorem n. 73. Regens de
Marinis lib. 1. reſolut. quotidian. cap. 222.
num. 4. & 5.*

Ratio eſt, quia quando duæ cauſæ
concurrunt, & quælibet eſt de per ſe
6 ſufficiens, vna ſublata non extinguit al-
terius cauſæ defectum; faciunt ea quæ
habentur, in §. *affinitatis inſtitut. de nup-
tijs gloſ. in c. ſignificauit in verbo aliquam
de appellationibus, Regens Rouit. in pragm.
15. de feudis nu. 13. Lambertin. de iure pa-
tronatus lib. 1. 1. par. q. 6. art. 4. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus acquiritur fundatione, cõſtructione, & eccleſiæ dotatione, ſolus, vel alio concurrente.*

2 *Fundans, vel conſtruens eccleſiam, vel dotans ius patronatus non acquirit, niſi ſibi cauerit, quod vult acquirere ius patronatus cum Epiſcopi conſenſu, n. 3.*

4 *Poſt dotationem, vel conſtructionem eccleſiæ, poteſt ius patronatus concedi cum Epiſcopi conſenſu.*

QVAESTIO X.

An, & quando ex conſtructione, fundatione, vel dotatione, acquiratur ius patronatus?

PRima concluſio: ius patronatus ac-
quiritur fundatione, conſtructione,
1 vel dotatione eccleſiæ cum Epiſcopi
conſenſu, *c. piæ mentis 16. q. 2. Calder. in
conſ. 9. & 10. de iure patronatus, Nauarr.
in conſil. 2. eodem titulo, Regens de Marin.*

reſo-

reſolut. quotidian. lib. 2. c. 223. nu. 2.

Solus, vel alio concurrente in fundatione, cōnſtructione, vel eccleſiæ dotatione, *Cantuc. dec. 85. & in dec. 167. p. 2. Aloyſ. Ricc dec. 22. n. 2. 1. par.*

Secunda concluſio: de iure commu-
2 ni ſtatim, atque quòd aliquis fundabat, dotabat, vel conſtruebat eccleſiam abſque alio priuilegio, vel conceſſione Epiſcopi, acquirebat ius patronatus, *glo. in d. c. pia mentis 16. q. 2. Puteus dec. 374. lib. 2.*

Et licet ius cōmune largiatur ius patronatus abſque conceſſione Epiſcopi,
3 tamen ex conſuetudine fundans, ædificans, vel dotans ius patronatus non acquirit, niſi expreſsè cauerit, quòd vult acquirere ius patronatus cum Epiſcopi tamen conſenſu, *Abb. in conſ. 106. 1. par. Puteus d. deciſ. 374.*

Ampliatur primò, eo ipſo, quòd conſtruit eccleſiam, vel dotat, vel fundat cum Epiſcopi conſenſu, & ſibi cauerit, quòd vult acquirere ius patronatus acquirit, *Abb. in conſ. 96. 1. par. Paleot. deciſ. Roman. 388. p. 2.*

Ampliatur ſecundò, etiam poſt con-
4 ſtructionem, vel dotationem, poteſt ius patronatus acquiri cum Epiſcopi conſenſu, *c. cura paſtoralis*, iuncta *gloſ. de iure patronatus, Ludouic. comm. concluſ. 43. ampliat. 1. Pariſ. in conſ. 35. nu. 10. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo, & dotauit, q. 7. Aloyſ. Ricc. deciſ. 11. 1. par.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, quando eſt in eſſe deducta per cōſtructionem, & aliquis vellet eam dotare non poteſt ius patronatus acquirere patrono in vita.*

2 *Tria debēt concurrere in acquiſitione iuris patronatus, & quæ ſint, n. 3.*

4 *Eccleſia ſi eſt fundata conſtructa, vel dotata per patronum, & ex ea cauſa ius patronatus, eſt adeptus poſt fundationem, conſtructionem, vel dotationem, nemo poteſt ius patronatus acquirere, nec etiā per Epiſcopum poteſt ius patronatus concedi, & quæ ſit ratio, num. 5.*

6 *Habenti ſeruitutem ſeruitus imponi non poteſt.*

QVÆSTIO XI.

An, & quando eccleſia eſt in eſſe deducta per conſtructorē, & aliquis vellet eam dotare, an poſſit ius patronatus acquiri?

PRima concluſio: eccleſia quando eſt in eſſe deducta, veluti quando eſt
1 conſtructa, & non eſt dotata per conſtructorem, & aliquis vellet eam dotare non poteſt acquiri ius patronatus inuito patrono, quia ad conſtructorem ſpectat eam dotare, *Abb. in c. quoniam de iure patronatus, Rochus Curtius in trac. de iure patronatus in verbo, & conſtruxit q. 3. & ſequent.*

Secunda concluſio: tria debent con-
2 currere ad acquirendum ius patronatus; primò, quòd Cappella, ſeù eccleſia ſit ſine dote; ſecundò, quòd bona
3 conſerantur in dotem; tertiò, quòd acquiſitio iuris patronatus fiat cum Epiſcopi conſenſu, *Io. And. in c. 1. de iure patronatus lib. 6. Aloyſ. Ricc. in dec. 224. 1. p. Pariſ. in conſ. 45. lib. 2.*

Ampliatur primò, ſi eccleſia eſt con-
4 ſtructa fundata, vel dotata per patronum, & ex ea cauſa ius patronatus eſt adeptus poſt conceſſionem, nemo poteſt in d. Eccleſia, vel Cappella ius patronatus acquirere in præiudicium primi patroni, *gloſ. margin. in c. 3. in verbo per hanc de iure patronatus, gloſ. in cap. pia mentis in verbo collata 16. q. 7.*

Ampliatur ſecundò, nec etiā per Epi-
5 ſcopum poteſt ius patronatus concedi in præiudicium primi patroni, *Abb. in d. cap. 3. de iurē patronatus, Aloyſ. Ricc. dict. deciſ. 224.*

Ratio eſt, quia cum ius patronatus ſit ſpecies ſeruitutis, *Cardinal. Alexan. in c. 1. S. fœminam in tit. per quos fiat inueſtitura,*

tura, Baldaſſ. de Benedell. in tract. de iure congrui, §. vltimo n. 3. Maſcard. de probationibus concl. 1126. Aloyſ. Ricc. deciſ. 13. 1. par.

6 Et habenti ſeruitutem, ſeruitus imponi non poteſt, *l. caueri, ff. comm. prædior. l. 1. ff. de vſu, & vſufructu. Benedell. ibid.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi per primum patronum fuit conſtructa, non autẽ dotata, & aliquis vellet eam dotare, & acquirere ius patronatus non poteſt primo patrono inaudito, vel inuito.*

2 *Ad conſtructorem eccleſiæ ſpectat eam dotare, dummodò voluerit tam dotare, quia omnibus præfertur, n. 3.*

4 *Nemo ſuo iure fraudandus eſt.*

5 *Eccleſia ſi fuit per conſtructorem dotata, etiam ſi aliquis maiorem dotem offerat non eſt audiendus.*

6 *Epiſcopus non poteſt in præiudicium primi patroni concedere alteri ius patronatus.*

7 *Summus Pontifex ex plenitudine poteſtatis, poteſt eccleſijs ſeruitutem imponere, quia in beneficijs plenariam habet poteſtatem, n. 8.*

QVAESTIO XII.

An, & quando eccleſia per patronum fuit conſtructa, non autem dotata, an poſſit alius eam dotare, & acquirere ius patronatus?

Prima concluſio: ſi per patronũ fuit eccleſia conſtructa, non autem do-
1 tata, & vellet aliquis eam dotare, & acquirere ius patronatus, non poteſt primo patrono inaudito, vel inuito, *Abb. in c. dilectus de off. leg. Dominic. in conſil. 32. facit, c. tua de procuratoribus,* vt diximus in antecedenti quæſt.

Quia conſtructorem ſpectat eam
2 dotare, *c. cum dilectus de conſecrat. eccleſ. vel altaris,* facit, *l. id quòd noſtrum eſt, ff. de reg. iuris, Abb. in cap. 3. de iure patronatus.*

Dummodò voluerit eam dotare, *Angel. in l. 1. ff. de vſu, & vſufructu,* quia
3 omnibus præfertur, *Dominic. in allegat. conſ. 32.* quia ius habet conſtructor in eccleſia in eſſe deducta, *Rochus in tract. de iure patronatus in verbo eccleſiam fundauit, q. 4.*

4 Ratio eſt, quia nemo iure ſuo fraudãdus eſt, *c. ſedes de reſcriptis, Nauarr. de ſpolijs cleric. §. 3.*

Ampliatur primò, ſi fuit conſtructa, & dotata etiam ſi maiorem dotem ali-
5 quis offerat, & acquirere ius patronatus non eſt audiendus in præiudicium patroni, *Abb. in d. c. dilectus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo in eccleſia, qu. 4. Aloyſ. Ricc. dec. 13. 1. p.* nec
6 per Epiſcopum concedi poteſt ius patronatus in præiudicium patroni, *Rochus ibidem.*

Limita in Summo Pontifice, qui de plenitudine poteſtatis poteſt eccleſijs
7 ſeruitutem imponere, *c. per principalem, & c. cuncta per mundum 9. q. 3.* & concedere alijs ius patronatus in præiudiciũ primi patroni, *Io. Andr. add. ad Specul. in tit. de leg. § nunc oſtendendum, 1. p. Decius in conſ. 498. n. 15.*

Quia in beneficijs plenariam habet
8 poteſtatem, *Anan. in conſ. 81. in fine, Romin. in conſ. 21. vol. 4.* Dummodò hoc faciat ex certa ſcientia, *Hernaus de poteſt. Pap. c. 8. Decius in conſ. 488.*

Aliàs, nunquam præſumitur iuri alterius derogare, *Decius in c. fin. de confirm. vtili, vel inutili, clem. quia contingit de relig. dom. Vniuan. in prax. iuris patron. par. 3. lib. 14. c. 3. n. 16. Reg. de Martinis lib. 1. reſolut. quot. c. 226. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Ex refectione, vel reparatiõne eccleſiæ ius patronatus nõ acquiritur, & quare, n. 2.*

3 *Reficiens eccleſiam, vel reparans, vocatur benefactor, & non patronus.*

QVÆ-

QVÆSTIO XIII.

An ex refectione, vel reparatione eccleſiæ, acquiratur ius patronatus?

EX refectione, vel eccleſiæ reparatione ius patronatus non acquiritur,
1 *Abb.in conſ.96.1.par.* ius patronatus acquiritur fundatione, conſtructione, vel dotatione, *gloſ.in c. decernimus in verbo fundatores 16.q.7.gloſ.in cap. quoniam in verbo fundatores de iure patronatus, Surdus in conſ.62.Velaſc.conſult.179. nu.12. Regens de Marinis reſolut.quotid. lib.1. cap.223.*

Ratio eſt, quia multum intereſt in-
2 ter reficere, & de nouo facere, *l. 3. §. reficere, ff. de itinere, actuque priuato,* facit, *c.conſuluit de Iudæis glo. in clem.1. de reſcriptis l.1.§. ſi quis ædificium, ff. de nou. oper.nunciat.Paul. Camitol.q.82.concl.2.*

Hinc eſt, quòd reficiens, vel reparãs
3 eccleſiam, vocatur benefactor, & non patronus, *Innoc.in c.2. de noui oper. nunciat,* vel ſi aliquid eccleſiæ elargitur, *Bal. in conſ.399. n.2.* vocatur benefactor, & non patronus, *Afflict. deciſ.392.* & ibi *Vrſill. add.Menoch.de arbitr.caſu lib.2.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi minatur ruinam ad eius reparationem tenetur rector.*

2 *Eccleſiarum reditus excepta congrua ſubſtentatione iuxta conditionem, & qualitatem rectoris, reliqua ad pauperum alimoniam, & ad diuinum cultum augendum conuerti debent, n.3.*

QVAESTIO XIV.

An, & quando eccleſia minatur ruinã, teneatur rector ad eius reparationem?

ECcleſia ſi minatur ruinam ad eius reparationẽ, tenetur rector pro rata
1 redditũum, *Surd.in conſ.62.n.1.* quando redditus ſunt ſufficientes, *Pariſ. de reſignat.benef.lib.3.c.15.n.1.Azor.inſtit.moral p.2.lib.9.c.8. Aloyſ.Ricc.in prax.reſol. 336.p.4.& in reſol.446.*

2 Ampliatur eccleſiarum redditus excepta congrua ſubſtentatione iuxta cõditionem, & qualitatem rectoris, reliqua ad pauperum alimoniam, & ad diuinum cultum augendum conuerti debent, *Paul.Camitol.reſponſ.moral. lib. 1. q.82.concl.3.Bellet.diſquiſ cleric.par.1.in tit.de debitor.cleric.§.15.Salgad.de protection.reg.to.1.p.3.c.10.n.16.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus ſi non habet tot redditus, quibus ſubſtinere poſſit reparationem eccleſiæ, tunc in illius defectum tenentur parochiani contribuere, & fortiùs procedit, quando eccleſia eſt de iure patronatus, num.2.*

3 *Patronus eccleſiæ ſi ad inopiam reducitur, debet habere alimenta ab eccleſia.*

4 *Parochiani etiam ſi ſunt exempti tenentur contribuere in reparatione eccleſiæ, & cogendi ſunt appellatione remota, n.5. nec poſſunt cadere vſu eccleſiæ, & ab ea recedere, n.6.*

7 *Parochiani tenentur in reparatione domorum parochialium contribuere, ſed quãdo ſunt adeò pauperes Epiſcopus, poteſt Parochialem eccleſiam vniri matrici eccleſiæ, num.8.*

QVÆSTIO XV.

An, & quando Parochus non habet redditus ſufficientes, teneantur Parochiani contribuere in reparatione eccleſiæ Parochialis?

PRima concluſio: Parochus quando
non haber tot redditus,quibus poſſit
1 reparationem eccleſiæ ſubſtinere,tunc
in illius defectum tenentur parochiani
contribuere, *Abb.in conſ.70.n.2. 1.par.*
Lambertin. de iure patronatus lib.3. qu.7.
art.2.n.9.Ripa reſponſ.22.Azor.inſtit.mo-
ral.p.2.lib.9.cap.3.q.10.

Ampliatur primò,à fortiori,quãdo ec-
2 cleſia eſt de iure patronatus,quia cũ pa-
troni habent ius honorificum in præſẽ-
tatione, & honorantias in proceſſioni-
bus, *vt in c.nobis de iure patronatus, Ro-*
chus Curtius in tract.de iure patronatus in
verbo honorificum q.3.Reg.de Marin.lib.1.
reſol.quot.c.222.n.4.

3 Et vtilitatem, nam ſi deuenerint ad
inopiam, habent alimẽta tenẽtur ad re-
parationem contribuere, *Surdus in alle-*
gat.conſ.92.Azor inſtitut.moral.part.2.
lib.9.cap.3.q.10.

Ampliatur ſecundò, etiam ſi paro-
chiani ſunt exempti,quia cum hoc opus
4 ſit diuinum, publicam reſpiciens vtili-
tatem, *Auend.de execut.mand.lib.2.c.14.*
n.29. tenentur ad contributionem; *Bar-*
boſ.de off.parochi c.28.§.3 idem de off. &
poteſt.Epiſcopi p.3.alleg.64.n.7. Lamber-
tin. lib.1.1.p.q.6.art.4.n.11.

5 Ampliatur tertiò, cogendi ſunt ap-
pellatione remota, *Gonzal.ad Reg.Can-*
cell.8 gloſ.9.n.118.Salgad.de proteſt.reg.
c.5.n.15.

Ampliatur quartò,nec ipſi parochiani
poſſunt cedere vſui parochiæ, & rece-
dere ab ea ad euitandum onus repara-
6 tionis, & onus contributionis, *Bellett.*
de diſquiſ.cler.c.14.nu.2.Barboſ. in tract.
de off.& poteſt.Epiſcopi p.3.alleg.64.

Ampliatur quintò, etiam parochiani
7 tenentur in reparatione, & reſtauratio-
ne domorum parochialium, *ex Sac.Cõ-*
cil.Trident.de reformat.c.7.ſeſſ.2.

Limita, ſeù declara, quòd quãdo pa-
8 rochiani ſunt adeò pauperes, & nimia
egeſtate laborant, vt non poſſint ec-
cleſiam reparare,Epiſcopus poteſt vni-
re eccleſiæ matrici, *Valaſc. conſult.179.*
num.22.

Dummodò in profanos vſus non
conuertatur, *Aloyſ.Ricc. reſol.384 par.4.*
Reg.de Marinis lib.2.reſol.quot.cap.222.
num.9.

S V M M A R I V M.

1 *Reficiens eccleſiam, vel ædificium, ne cor-*
ruat ſupponens trabes, vel tibicinis ſub-
ſtentare faciens opus nouum facere non
videtur,n.2.& ideò ſi reficienti nuncia-
tio fiat deſtruere non cogitur,n.3.

4 *In aliquibus locis ſi cauetur, vt nemo poſ-*
ſit priuata caſtra de nouo erigere,nõ vi-
detur prohibita antiqua caſtra ruinam
minantia,vel corrupta,ac formare.

5 *Noua conſtructio alicuius ædificij prohibi-*
ta, non videtur antiqui ædificij repara-
tio, ita vt reparatio non immutet anti-
quam formam.

6 *Vbicumque mutatur priſtina forma vide-*
tur nouum ædificium, & cadit ſub pro-
hibitione noui ædificij,secus autem,quã-
do non mutatur priſtina forma,n.7.

8 *Veſtes ſi reficiantur, & forma non admit-*
tunt,non indigent noua benedictione.

9 *Licitum eſt comedere oua in illis diebus,*
quibus licitum comedere ſagimen.

QVÆSTIO XVI.

An reficienti ædificium poſſit nouum opus nunciari?

SImilis quæſtio eſt, pro cuius reſolu-
tione, dicas quòd reficienti ædificiũ
1 non poteſt nouum opus nunciari, *Inn.*
in c.2.de nou.oper.nunciat.Bal.in conſ.285.
lib.6.Magon.decis.Luc.33. Menoch.de ar-
bitr.caſu 388.Doctor Octauius Vitalianus
conciuis meus in alleg. impreſſ.pro illis de
Paueſe,n.8.

Ampliatur primò, reficiens ædificiũ,
2 ne corruat ſupponẽs trabes, vel tibici-
nis ſubſtentari faciens, opus nouum
facere non videtur, *l.1.§ ſi quis ædificium*
ff.de nou.oper.nunciat.

3 Et ideò ſi eidem reficienti nunciatio
fiat,deſtruere non cogitur, *dict.l.1. §. ſi*
quis ædificium, Mattontus Aquil.in trac.

de

de cauſis exequutiuis, ampliat. 38. *n.*33.
Ampliatur ſecundò, ſi in aliquibus
4 locis cauetur, vt nemo poſſit priuata
caſtra de nouo erigere, non videtur
prohibitũ antiqua caſtra ruinam mi-
nantia, vel corrupta reformare, *Felyn.in
c.cum accesſiſſent de conſtitutionibus, Ma-
gon.de arbitr.caſu* 156.*lib.*2.

Ampliatur tertiò, cui prohibetur no-
5 ua conſtructio alicuius ædificij non vi-
detur includi antiqui ædificij reparatio,
*Iaſon in l. quominus col.*2.*ff.de fluminibus,*

Ita vt reparatio non immutet anti-
quam formam, vt fiat ædificiũ amplio-
ris ſtatus, vel ſitus, *Soccin. in conſil.*57.
*vol.*1.

Ratio eſt, quia vbicumque mutatur
priſtina forma videtur nouum ædificiũ,
& cadit ſub nomine noui ædificij, *Inn.
in c.*2.*de nou.oper.nunciat.Florian.in l. Sa-
binus, ff.comm.diuidund.Duran.disp. vni-
uerſal.c.*151.*lib.*1.

Secus autem, quando non mutatur
7 priſtina forma, quia tunc non cadit ſub
nomine noui ædificij, *Mauson.in trac.de
caus.exequutiuis ampliat.*37.*n.*2.

8 Sicut veſtes ſi deficiantur, & formam
non admittunt non indigent noua be-
nedictione, *Angel. in verbo benedictio,*
§. 3.

Simile eſt, quòd notant *glos. in c. ad-
monere* 32.*q.*2.*& glo.in c. propoſuiſti* 87.
9 *diſt.qua glo.*dicunt licitum eſſe come-
dere oua in illis diebus, quibus licitum
eſt comedere ſagimen, licet non ſit li-
citum veſci carnibus, *Bertach. in tract.
de Episcopo lib.*4.*par.*2.*n.*29.

Quaſi mutando formã nõ videtur rei
ſubſtantia mutata, *l.Iulianus, §.at ſi quis,
ff.ad exhibend.in,glo.interlineal.in d.c.ad-
monere, Abb.in c. quoniam de iure patro-
natus.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia licet vbique ædificari posſit cum
aſſenſu Episcopi tamen infra limitas,
alicuius parochiæ in præiudicium. paro-
chialis eccleſia alia ædificari non debet.*
2 *Rector eccleſiæ parochialis in ædificatione
alia eccleſia infra limites ſuæ parochiæ,
poteſt ſe opponere, ne ſuis iuribus spolie-
tur propter ſepulturas, & oblationes.*
3 *Iura parochialia, & funeralia debentur
parocho, quæ fiunt in alia eccleſia intra
limites ſuæ parochiæ.*

QVAESTIO XVII.

An eccleſia infra limites alicuius parochiæ ædificari poſſit?

PRima concluſio: eccleſia licet vbique
ædificari poſſit cum licentia tamen
1 Episcopi, *c.*1.*per totum eccleſ. ædificand.
Hoſtiens.in sũma de eccleſiar.ædificat. Ab-
bas in c. quoniam de iure patronatus. Do-
ctor Matthias de Corda in repet.cap.Ray-
nutius de teſtam.diſp.*8.*n.*11.

Tamen infra limites alicuius paro-
chiæ alia eccleſia, vel cappella ædifica-
ri non debet, *c.*1.*de relig.domib.authent.
vt nullus fabricet oratorij domum ſine li-
centia Episcopi c.quicumque* 16.*q.*2. *Fer-
rett.in conſ.*143.*Hieronym. Carr.in opuſc.
de iuribus parochiæ lib.*2.*cap.*1.

Et ideò Rector eccleſiæ parochialis,
2 vel alius, cuius intereſt propter obla-
tiones, & ſepulturas, & alia iura paro-
chialia conſtruenti, vel ædificanti, po-
teſt ſe opponere, ne ſuis iuribus ſpolie-
tur, *c.paſtoralis de his quæ fiunt à Prælat.
ſine conſenſu capit. cap. eccleſia* 3.*q.*1.*c.ad
audientiam de eccleſ.ædif. Piaſec. in praxi
Episcopal.p.*3.*c.*3.*in tit.de viſit.eccl. paro-
chial.num.*2.

Et iura parochialia, & funeralia, &
3 ſepulturæ debentur parocho, & etiam
oblationes, quæ fiunt in alia eccleſia
infra limites parochiæ, *Abb.in c.tranſ-
miſſam,n.*36. *de præſcript. Antonin. va-
riar.reſol.lib.*1. *reſol.*102. *Emanuel Sà in
verbo oblatio num.*8.*Barboſ.de off.parochi
c.*1.*nu.*26.*Guttier.canon.qq.lib.*2.*cap.*21.
*n.*139.ſic habetur *in Synod. Mediolan.in
tit.de parochis, verſic.quicquid.porrò.*

S V M M A R I V M.

1 Eccleſia ædificata non facta denunciatione noui operis vidente, & patiente parocho non debet demoliri ſi parochus, vel alius ſucceſſor in parochia petat demoliri, tamen nullum præiudicium generatur antiquæ eccleſiæ, vel parochiæ, num. 2.

3 Aliena res ſi conſecratur non debet execrari, tamen faciens tenetur ad intereſſe.

4 Taciturnitas patientis ædificari ipſi tacẽti præiudicat, ne ædificium cogatur demoliri.

5 Iura alterius eccleſiæ per indirectum vſurpari non debent.

6 Multa retinere licet ad quæ non licet agere.

7 Faciliùs quid in eſſe conſeruatur, quàm de nouo fiat, & faciliùs inducitur extenſio, quàm creatio n. 8.

9 Surdus licet in Papam eligi non poſſit, electus tamen manebit.

QVAESTIO XVIII.

An eccleſia ædificata non facta denunciatione, noui operis vidente, & patiente parocho debeat demoliri?

PRima concluſio: Eccleſia ædificata
non facta nunciatione noui operis
1 vidente, & patiente parocho, non de-
bet demoliri, ſi parochus, vel alius ſuc-
ceſſor in parochia poſt conſtructionem
petat demoliri, *Abb. in c. 1. de non. oper. nũciatione, Duaren. diſp. vniuerſal. cap. 16. Ruding. variar. ſent. feud. c. 66.*

Tamen nullum præiudicium genera-
2 tur antiquæ parochiæ, *cap. quicumque 16. qu. c. fin. 16. quæſt. 7. c. Epiſcopus, el primo 3. q. 1.*

2 Simile eſt, quòd ſi res aliena conſe-
cratur non debet execrari, *gloſ. in cap. fin. in verbo emendare de eccleſiar.* ędificat
ſed faciens tenetur ad intereſſe, facit,
cap. paſtoralis de iure patronatus.

Dummodò ædificium factum ſit cũ
Epiſcopi conſenſu, *arg. l. labeo, ff. de aqua pluuia arcend.* vbi taciturnitas patientis
4 ædificari ipſi tacenti pręiudicat, ne ędi-
ficium cogatur demoliri, *l. Aym. de antiq. temp. 1. par. in verbo viſo n. 22.*

Iura autem, quæ dicunt, quòd ec-
cleſia non debet ædificari in præiudiciũ
5 alterius eccleſiæ, ne fortè per indire-
ctum iura antiquæ eccleſiæ vſurparet,
quòd fieri non debet, facit, *c. tua de procuratoribus*, ſed quia facta reperitur non
debet deſtrui, facit, *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.*

Dummodò nullum præiudicium an-
tiquæ eccleſiæ inferatur, *l. 2. § biduum, ff. de interdictis.*

6 Hinc eſt, quòd multa retinere, licet
ad quæ non licet agere, *c. intelleximus de iudicijs, Alex. in conſ. 163. lib. 6.*

7 Et faciliùs, quid in eſſe conſeruatur,
quàm de nouo fiat, *l. ſi pluribus de verb. ſignif.*

8 Et faciliùs inducitur extentio, quàm
creato, *l. ſed ſi manente, ff. de precario, Decius in conſ. 153.*

Et faciliùs aliquid impeditur à prin-
cipio, quàm poſt factũ tollatur per *reg. d. l. patre furioſo.*

9 Et licet ſurdus in Papam eligi non
poſſit, electus tamen manebit, *Moneta de opt. can. c. 4. nu. 2. Maſolus de irregul. cap. 4. num. 30.*

S V M M A R I V M.

1 Eccleſia, quando non eſt totaliter deſtructa, & remanſerunt integri parietes, & ſolum reconſecratione non indiget, & quæ ſit ratio eod. num.

2 Parietes eccleſiæ ſi ſucceſſiuè reparati ſunt reconſecratióne non indiget, & retinet priuilegia, & indulgentias, n. 3.

4 Menſa altaris ſi tantùm corruit menſa cõſecratur.

5 Eccleſia reparata reconſecratione non indiget, & retinet priuilegia, & indulgẽtias, num. 6.

QVÆ-

QVÆSTIO XIX.

An, & quando eccleſia non eſt totaliter deſtructa; & reficitur debeat iterùm cõſecrari?

PRima concluſio; eccleſia quando nõ eſt totaliter deſtructa, & remanſerũt integri parietes, & ſolum quòd eſt me-
1 xima pars domus, & remanſit menſa principalis integra, vel modicam paſſa læſionem, licèt tectum ſit dirutum, & reficitur reconſecratione non indiget, nec eccleſia, nec altaris, *c. ligneis de conſecrat. eccl. vel altaris, Albertin. in tract. de hæreticis q.3.n.65.*

Ratio eſt, quia in parietibus, & non in tecto eccleſia conſecratur, *gloſ. in d. c. ligneis in verbo in parietibus*; quia adſunt ſigna conſecrationis, *gloſ. in c. non ſolum, ff. de rei vendic.*

Secunda concluſio: ſi parietes ſucceſſiuè reparati ſunt, reconſecratione
2 non indiget, nec parietes, nec eccleſia, *gloſ. in d. c. ligneis, Abb. in c. quoniam de iu-*
3 *re patronatus*, & retinet priuilegia indulgentias, *Abbas ibidem.*

Debet tamen pro reuerentia benedici, *Archidiac. in c. ſi quis 16. q. 4. And. de Iſernia in c. 1. de lege Corrad.*

Tertia concluſio: ſi menſa tantùm
4 corruit, menſa conſecratur, *gloſ. in c. 1. in verbo conſecrari de conſecrat. eccl. vel altaris.*

Quia alia eſt conſecratio eccleſiæ, & alia altaris, *gloſ. in c. 1. in verbo canones de conſecr. eccl. vel altaris.*

Ampliatur eccleſia reparata, & refe-
5 cta reconſecratione non indiget, *c. propoſuiſti*, & ibi *Abb. eod. tit.* & ob id retinet priores indulgentias, & priuilegia, *Bald. in l. ade ſacra de contrah. empt. Sayr. de cenſuris lib. 5. c. 3. n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia deſtructa perdit indulgentias, & quare eod. num.*

2 *Eccleſia reſtaurata recuperat omnia priuilegia, & indulgentias.*

3 *Priuilegia conceſſa eccleſiæ illa deſtructa remanent loco, & locus remanet ſacer.*

4 *Aede ſacra terremotu diruta locus ædificij non deſinit eſſe ſacer; ſecus quando eſt deſtructa authoritate ſuperioris, n. 5.*

6 *Eccleſia ſi ab hoſtibus capiatur, deſinit eſſe ſacra, & locus deſinit eſſe ſacer.*

QVÆSTIO XX.

An, & quando eccleſia deſtructa perdit indulgentias?

PRima concluſio: eccleſia deſtructa perdit indulgentias, *gloſ. in §. & hoc*
1 *diximus 16. q. 17. Felyn. in c. cum dilecta in verbo deſtructa de reſcriptis n. 97. Cardinal. in conſ. 3. n. 1. Campan. in diuerſ. iur. can. rubr. 2. c. 6. n. 18. Nicol. Garcia de benef. par. 1. c. 2. n. 10.*

Et ideò deſtructa eccleſia perdit indulgentias, quia ceſſat cauſa conceſſionis, hac de cauſa conceduntur indulgentiæ alicui eccleſiæ, vt Chriſti fideles eam magis frequentarent, & diuina facerent, vel audirent, quibus ceſſantibus meritò ceſſant indulgentiæ illi conceſſæ, facit, *c. cum ceſſante de appellationibus, Sayr. de cenſuris lib. 5. c. 3. n. 16.*

Secunda concluſio: reſtauratione ec-
2 cleſiæ recuperat omnia priuilegia, & indulgentias, *And. Gail. lib. 2. pract. obſeruat. 61. n. 9. Thorus add. ad Tiraquel. de priuileg. cauſ. piæ priuil. 7.*

Ampliatur primò, priuilegia conceſſa eccleſiæ illa deſtructa remanent lo-
3 co, & locus remanet ſacer, *Innoc. in cap. Abbatem in fine de ſent. excom. n. 10. And. in c. ſtatutum de electione lib. 6. Gamb. in tract. de off. leg. à latere lib. 6. c. 1. n. 46.*

Ampliatur ſecundò, æde ſacra terræ-
4 motu diruta locus ædificij non deſinit eſſe ſacer, *l. ede, ff. de contrah. empt. §. ſacra de rer. diuiſ. Thorus add. ad Tiraquell. de priuil. cauſæ piæ priuil. 7.*

5 Limita primò, quando eſt deſtructa authoritate ſuperioris, quia perdit in-
dul-

dulgentias, & priuilegia, *glo. in d.c. & hoc diximus 16.q.7. Sayr. de cēſuris lib.4. cap.15.*

6 Limita ſecundò, ſi ab hoſtibus capiatur, tūc deſinit locus eſſe ſacer, *Gail. practic. obſeruat. 61. n.3. Thorus in d. trac. priuil. 70.* prout eruditè ſcripſit, *Dom. Io: Thomas Vicedominus V. I. D. concinis meus*, in aliquibus notabilibus, quę conſeruantur per R.D. Fuluium Vicedominum Rectorum S. Ioannis eius filium, quæ proprijs oculis vidi, & perlegi.

Per ſequentes quæſtiones tractatur, quando in ceſſionibus, donationibus, & permutationibus iuris patronatus, quæ fiūt inter laicos, in quibus Epiſcopi conſenſus interuenire debet.

Et an Epiſcopus teneatur conſēſum præſtare cum alijs quæſtionibus ad materiam pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus donationibus, ceſſionibus, & permutationibus iuris patronatus, quæ fiunt inter laicos Epiſcopi conſenſus interuenire debet.*

2 *Ius patronatus, & annexum ſpiritualitati.*

3 *Donatio iuris patronatus abſque Epiſcopi conſenſu nulla eſt.*

4 *In alienationibus rerum eccleſiaſticarū, & iurium ſpiritualium Epiſcopi conſenſus interuenire debet.*

5 *Laici nec etiam in eccleſia beneficium, & fauorem poſſunt aliquid ſtatuere abſque Epiſcopi conſenſu.*

6 *Iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus.*

QVÆSTIO XXI.

An in omnibus ceſſionibus, donationibus, & permutationibus iuris patronatus, quæ fiunt, inter laicos, in quibus conſenſus Epiſcopi interuenire debet, teneatur conſenſum præſtare?

PRima concluſio: in omnibus donationibus, ceſſionibus, & permuta-
1 tionibus iuris patronatus, quę fiunt inter laicos Epiſcopi conſenſus interuenire debet, *c. conſuluit de iure patronatus c. vnico eod. tit. lib. 6. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.4.c.3. Dom. Reg. de Marinis in ſuis diſertiſſimis lectionibus lib.1. reſol. quot. c.230. n.5.*

2 Ratio eſt, quia ius patronatus eſt annexum ſpirituali, *c. de iure patronatus*, & iudicatur, ac ſi eſſet merū ius ſpirituale, *Verall. dec. 181. 1. par.* quia, quæ religioſis adhęrēt religioſa ſunt, *l. quæ religioſis, ff. de rei vendic. Caputaq. dec. 284. p.1. Viuian. in prax. c.1. n.21.*

Ampliatur primò, donatio iuris pa-
3 tronatus, quæ fit abſque Epiſcopi conſenſu nulla eſt, *Verall. deciſ. 144. vol.2. Aloyſ. Ricc. dec. 875.*

Ampliatur ſecundò, in omnibus alie-
4 nationibus rerum, & bonorum eccleſiaſticorum, & omnium iurium ſpiritualium Epiſcopi cōſenſus interuenire debet, *clem. ne in agro domini de reb. eccl. non alienan. Verall. deciſ. 282. & in deciſ. 281. Aloyſ. Ricc. dec. 224. 1. par.*

Ampliatur tertiò, nec etiam in eccle-
5 ſię beneficium, & fauorem laici aliquid diſponere, nec ſtatuere poſſunt de rebus, & iuribus ſpiritualibus abſq; Epiſcopi conſenſu, *c. benequidem 96. diſt. Nauarr. in conſ. 4. de conſtitut. Aloyſ. Ricc. dec. 28. 1. par.*

6 Ampliatur quartò, in omnibus permutationibus, ceſſionibus, & donatio-

nibus

nibus iuris patronatus, quę fiunt inter laicos, in quibus iuſtè, & legitimè deſideratur aſſenſus Epiſcopus ſuam interponere debet authoritatem, *c. nullus de iure patronatus*, quia iuſta petentibus nō eſt denegandus aſſenſus, *Abb. in c. 2. de iudicijs, de Amatus dec. Marchia 4.*

SVMMARIVM.

1 *Io: And. in c. ex inſinuatione de iure patronatus, tenet, quòd quando patronus remittit compatrono ius patronatus, Epiſcopi conſenſus interuenire debet, ſed Butrius, & in contraria opinione, n. 2.*
3 *Remiſsio non eſt propriè donatio.*
4 *Butrij opinio per authorem approbatur in cap. ex inſinuatione de iure patronatus, quæ duabus rationibus probatur, & quæ ſint, num. 5. & 6.*
7 *Remiſsio dicitur potius refutatio, quam donatio.*
8 *Feudum licet non poſsit alienari in extraneum, feudatarij poſſunt inter ſe diuidere abſque conſenſu domini.*
9 *Fratres emphiteuta poſſunt inter ſe alienare rem emphiteoticam.*
10 *Argumentum validum eſt de emphiteuſi ad ius patronatus.*
11 *Ex qualitate perſonarum, ceßat fraudis ſuſpicio.*
12 *Frater quando dat ſorori non dicitur alienare.*
13 *Ceſſante ratione legis ceſſat in ipſa lex.*

QVÆSTIO XXII.

An, & quando patronus remittit cōpatrono ius patronatus, ſit neceſſarius Epiſcopi conſenſus?

DVo ſunt inter ſe pugnantes opiniones, *Io: And. in c. ex inſinuatione de*
1 *iure patronatus*, tenet, quòd quando patronus remittit compatrono ius patronatus, Epiſcopi conſenſus interuenire debet, citat *c. veniēs de teſtibus, l. nemo, ff. de leg. 1.*

In donatione iuris patronatus, Epiſcopi conſenſus interuenire debet, *c. per noſtras de iure patronatus*, ergo idem in remiſſione, nam abdicatur dominium à remittente, & transfertur in compatronum, & donatio eundem producit effectum, *l. quia etiam, ff. de calumn.* & in ſimilibus idem ius debet ſtatui, *l. illud, ff. ad l. Aquilian. Bald. in cap. 1. de nou. forma fidelit.*

Antonius Butrius in d. c. ex inſinuatione,
2 negat, quòd in remiſſione iuris patronatus, quę fit à patrono compatrono, Prçlati aſſenſus requiratur, rationem, quàm affert Butrius ea eſt, quia iuris pa-
3 tronatus remiſſio non eſt propriè donatio, quia cum iuris patronatus remiſſio ſit conſideratio reſpectu vnius patroni, ex eo quia ius patronatus eſt indiuiſibile, & apud omnes inſolidū exiſtat, *Abb. in rub. de iure patronatus, Cald. in cōſ. 18. eod. tit.*

Solùm ex remiſſione vnius patroni, alteri compatrono accreſcit, *gloſ. in d. c. ex inſinuatione in verbo contuliſſent*, facit, *l. Iulianus, ff. de cond. & demonſt.*

Butrij opinio verior mihi videtur,
4 quæ duabus euidentiſſimis rationibus probatur.

5 Duplici de cauſa Epiſcopi conſenſus deſideratur, quando ius patronatus transfertur à laico, in laicum per donationem ceſſionem, vel permutationem.

Prima ne fraus fiat, quando donatur, ceditur, vel permutatur, ne fortè per indirectum ius patronatus vendatur, quia ius patronatus vti ius ſpirituale vendi non poteſt, *c. querelam de ſimonia c. de iure*, iuncta *gloſ. de iure patronatus.*

Ne ſimulata ſit, vel fraudulenta ceſſio, vel permutatio, ne aliquid occultè capia donans, cedens, vel permutans à donatario, ceſſionario, vel ab eo, in cuius fauorem fit permutatio in fraudē legis, vel canonis prohibentis, *Rom. in cōs. 568. præſens conſultatio, Dominic. in c. vltimo de iure patronatus.*

6 Secunda ratio eſt, vt perpendat Epiſcopus, an eccleſia expediat mutare patronum, nam ſi illud transferre Tyranno,

no,

no, vel eccleſiæ inimico denegãdus eſt aſſenſus, *Lapus alleg.96.c.venerabilem de electione*, notant *Feudiſtæ in c.1. de feud. alienat.*

Prima ratio, non eſt in conſideratione, quia remiſſio, quę fit à patrono cõ-
7 patrono, dicitur potius refutatio, quàm donatio, *Gabriel Roman. in tract.comm. concl.in tit.de donat.concl.1. n.16. Regens de Marinis lib.1. reſol.quæſt.230.*

Hinc eſt, quòd de iure communi feu-
8 dorum in agnatos ſine conſenſu domini fieri poteſt alienatio, notant *Feudiſtæ in c.1.§.fin.quibus modis feudum amittatur c.1.§.2.qualiter olim feudum, de Laurentijs deciſ. Auen.135.n.9. Aloyſ.Ricc.deciſ.224.n.6.1.par.*

Et licet feudum non poſſit alienari in extraneum, benè poſſunt feudatarij inter ſe diuidere abſque conſenſu domini, *c.1.§. ſi verò, quibus modis feudum amittatur, c.ſi Titius in tit.ſi de feudo fuerit controuerſia, Guid.Pap.dec.162. nu.1.Rudinger.variar.lect.feudal.cap.51.n.2.*

9 Et fratres emphiteutę poſſunt inter ſe alienare rem emphiteoticam ſine conſenſu domini, *Card.Alex.in.c.1.§.penult. de feud.alienat.* nam valet argumentum
10 de feudo ad emphiteuſim, & ius patronatus, *Bald.in conſ.57.in fine lib.3.Menochius in conſ. 1017. Dom. Ioſeph Salatus V.I.D. in alleg.* illorum de Maranta qui ſatis doctè ſcripſit de hac materia in dicta allegatione manuſcripta mihi exhibita, & viſa.

Et remiſſio iuris patronatus non eſt propriè alienatio, ſed potius conſolidatio reſpectu alterius patroni, *gloſ.in c. cum Apoſtolica in verbo alienatio de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu capit. Ruding.variar.lect.feudal.c.51.n.1.*

Hinc dixit Iureconſultus in *l.pignus, ff.de his quæ in fraudem creditorum*, quòd licet ſit prohibita alienatio inter virum, & vxorem, non tamen eſt prohibita remiſſio actionis, & non plus operatur refutatio, quàm carentia actionis à principio, *Bal.in l.ſi mihi,& Titio, ff. de ſeruit. ruſtic.prædior.*

Et quando, fit remiſſio à patrono cõpatrono non præſumitur, quòd ſit fraudulenta; nam cum ius patronatus apud omnes inſolidum exiſtat, *Specul. de iure patronatus, n.16.* & ex qualitate perſo-
11 narum, ceſſat fraudis pręſumptio, & ſuſpicio, *l.ſi domus, ff.de oper.libert. Afflict. in trac.de iure protohomiſeos, §.prohibemus num.5.*

Hinc eſt, quòd quando frater dat ſo-
12 rori, non dicitur alienare, *l.ſi voluntas, C.de fideicommiſſis*, etiam ſi alienatio eſſe prohibita, frater poteſt donare ſorori, *l.vnum ex familia, §.2. ff.de leg. 2. Craueti.in c.39.n.14.Cephal.in conſ.109. num.25.*

Parum vrget ſecunda ratio; nam reſpondetur, quòd patronus non mutatur, dum fit remiſſio in compatronum de iure patronatus, vt ipſe ſolus poſſit præſentare, & dum perſona non mutatur conſenſus Epiſcopi, non eſt neceſſarius, *Gabriel Rom.comm.concl.in tit. de donat.concl.1.n.12.*

Et dum ceſſant rationes, ceſſare de-
13 bet legis diſpoſitio, *c.cum ceſſante de appellationibus, l.adigere, §. quamuis, ff. de iure patronatus.*

Vnde firmiter dicendum eſt, quòd in remiſſione iuris patronatus, quæ fit à patrono compatrono, Epiſcopi conſenſus non eſt neceſſarius, *Reg. de Marinis lib.1.reſol.quæſt.230.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando denegat conſenſum in permutationibus, donationibus, & ceſſionibus iuris patronatus, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, vt Epiſcopum ad conſentiendum compellat.*

2 *Statuto ſi caueatur, quòd nullus contrahat matrimonium cum pupilla ſine conſenſu duorum agnatorum, ſi requiſiti denegent præſtare conſenſum, poteſt iudex adiri, vt agnatos ad conſentiendum, aſtringat.*

3 *Iudex poteſt ſupplere defectum propinquorum ſua perſona, & authoritate, ſi agnati ſunt inhabiles ad conſentiendum.*

4 Nulla

4 *Nulla exiſtente cauſa poteſt iudex defectũ conſanguineorum ſupplere, & in eo eorum locum eſſe.*

5 *Conſenſus, qui requiritur in actu, vel cõtractu, poteſt interuenire etiã poſt actũ, vel contractum.*

6 *Statuto ſi cauetur, quòd mulier non poſſit ſine conſenſu duorum agnatorum contrahere ſi mulier eos requirat, & cõſentire recuſant abſque cauſa, poteſt mulier contrahere.*

7 *Conſenſus, qui debet per Epiſcopum præſtari, poteſt cum cauſa legitima denegari.*

8 *Mulieres habent conſilium inualidum.*

9 *Appellatione coniunctorũ in materia ſtricta, & pœnali, non veniunt fœmina, ſecus autem in materia indifferenti veniunt fœmina, & alia interpoſitione decreti à iudice n. 10.*

QVÆSTIO XXIII.

An, & quando Epiſcopus denegat prçſtare conſenſum in cõceſſionibus, donationibus, & permutationibus iuris patronatus, quid faciendum.

PRima concluſio: Epiſcopus quãdo denegat conſenſum præſtare in permu-
1 tationibus, donationibus, & ceſſionibus iuris patronatus, quæ fiunt inter laicos, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, vt Epiſcopum ad conſentiendũ compellat, *cap. nullus de iure patronatus, Abb. in c. cum eccleſia de electione, idem in conſ. 65. par. 2. Aloyſ. Ricc. in prax. reſolut.* 468. *p.* 1. vel à Summo Pontifice conſẽſum impetrari, *Abb. in d. cap. Nullus, Ricc. ibidem.*

Ampliatur primò, ſi ſtatuto cauetur, vt nullus contrahat matrimonium cum
2 pupilla, ſeù minore 25. annis ſine conſenſu duorum agnatorum, ſi requiſiti denegant præſtare conſenſum, poteſt adiri ſuperior, & agnatos ad conſentiẽdum aſtringat ratione publici boni, & fauore matrimonij, *Felin. in c. venerabilis n. 23. de except. Abb. in c. quod Dei timorem de ſtatu monachorum.*

Ampliatur ſecũdò, iudex poteſt ſup-
3 plere defectum propinquorum ſua prçſentia, & authoritate, *Bald. in l. furioſi c. de nuptijs*, quod facere poteſt vbicumque aliorum conſenſus requiritur, ſi ſunt inhabiles conſentiendum, *Socc. in conſ. 86. vol. 1. Bald. in l. bonorum, c. qui admitti.*

Ampliatur tertiò, nulla exiſtẽte cauſa poteſt iudex defectum cõſanguineo-
4 rum ſupplere, & in eorum locum eſſe, *Menoch. de arbitr. caſu 226. n. 9. Octauius Simoncell. in tract. de decretis min. lib. 1. tit. 1. n. 31.*

Et per interlocutoriam pronunciare nullam legitimam cauſam ſubeſſe diſſẽtionis, pro qua cauſa interponit decretum, *Bal. in l. 1. C. de nuptijs.*

Ampliatur quartò, poſſe etiam conſenſum interuenire in actu, vel contra-
5 ctu etiam poſt actum, antea, & poſtea, *c. cura de iure patronatus, Rum. in cõſ. 108. num. 6. Ludouic. com. concl. 42. ampliat. 1. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo, & dotauit, q. 17. Dom. Reg. de Marinis lib. 2. reſolut. quot. c. 23. Rot. deciſ. 17. de iure patron. Viuian. in prax. c. 1. n. 28.*

Ampliatur quintò, ſi ſtatuto cauetur
6 mulierem nõ poſſe ſine conſenſu duorum agnatorum contrahere, ſi mulier eos requirat conſanguinei vero abſque cauſa conſentire recuſant poterit, tunc iudex decretum interponere, quòd mulier abſque conſenſu ſuorum conſanguineorum contrahat, *Menoch. de arbitr. caſu 226. n. 9. Octauius Simoncell. in trac. de decretis, lib. 1. tit. 1. n. 31. D. Lelius Piſanus V. I. D. conciuis meus in alleg. pro magnificis de Torre Ciuitatis Maſſa Lubrenſis.*

Limita primò, nã conſenſus per Epi-
7 ſcopum præſtandus in donationibus, ceſſionibus, & permutationibus iuris patronatus, poteſt cum cauſa legitima denegari, *Abb. in c. nullus de iure patronatus l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & aſtiua, Reg. Rou. in prag. de feudis n. 33.*

Quæ autem ſit cauſa legitima, iudi-
cis arbitrio relinquitur, vt multis autho-
ritatibus firmat, *Menoch. de arbitr. caſu
201 lib. 2. n. 9. Dom. Iulius Caponus præ-
ſtantiſſimus Iure Conſultus in doctiſſimo
tract. de pactis, & ſtipul. q. 35. n. 2.*

Limita ſecundò, ſi ſtatutum requirat
in contractu alicuius authoritatem, vel
conſenſum non intelligitur de fœminis,
notat *Bald. in l. 1. verſ. ſed quia ſtatutum
de conſtitutionibus, Angel. in l. fin. C. de
verb. obligat.*

Hinc dixit, *Bald. in cap. 1. de iudicijs*,
8 quòd mulieres habeat conſilium inua-
lidum, & conſilium animi apud fœmi-
nas non reperitur, quia natura ſunt in-
ſtabiles, *c. forus de verb. ſignif.*

Hoc verùm, quoad integrandā per-
ſonam alicuius, de quo propriè loqui-
tur, *d. c. forus*, ſecus autem in materia in-
9 differenti, quia veniunt fœminæ, *Bald.
in conſ. 334. Angel. in conſ. 299. viſo facto.*

Limita tertiò, quando ſtatutum re-
quirit conſenſum conſanguineorum, &
decretum iudicis, nā iudex non poteſt
10 ſuas, & conſanguineorum partes ſub-
ſtinere, ſed opus eſt, quòd duo iudi-
ces adhibeantur, vt vnus eorum ſit, qui
decretum interponat, & alter conſensū
loco conſanguineorum præſtet; *Bald. in
rub. de contrah. empt. Alex. in l. ſi cum dotē,
§. eo tempore, ff. ſolut. matrim. Menoch. de
arbitr. caſu 211. n. 10. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando denegat conſenſum in
omnibus, in quibus Epiſcopo conſenſus
deſideratur Summus Pontifex eſt adeū-
dus.*

2 *Epiſcopo officium ſuum debitè non exequē-
te, ſuccedit Archiepiſcopus in illius exer-
citium.*

3 *Author conciliat opiniones contrarias de
conſenſu per Epiſcopum præſtando.*

4 *Archiepiſcopus licet ſuccedat de iure com-
muni in Epiſcopi exercitium, eo negligē-
te, non tamen pro qualibet culpa ſucce-
dit in illius iuriſdictione.*

QVAESTIO XXIV.

An, & quando Epiſcopus denegat conſenſum ſine legitima cauſa, quis ſuperior adhiberi debeat mediatus, vt Archiepiſcopus, an verò immediatus, qui eſt Summus Pontifex?

H*oſtienſ. in c. nullus de iure patronatus*,
dicit Summum Pontificem eſſe ad-
1 eundum, quando Epiſcopus denegat
conſenſum, nec in hoc caſu ad Archie-
piſcopum, vel ad aliū ſuperiorem eſſe
recurrendum, & hunc eſſe de reſerua-
tis Summo Pontifici caſum eſſe ad lite-
ram *in d. c. nullus c. aduerſus de immunit.
eccleſiar. Calder.* indiſtinctè tenet Archie-
piſcopum eſſe adeundum, qui in Epi-
ſcopi defectum conſenſum interponat,
per *tex. in c. cum ſimus 9. q. 3.*

2 Rationem affert, *Calder.* ea eſt, quia
Epiſcopo officium ſuum debitè non
exequente ſuccedit illius exercitium,
c. 1. & 2. de ſupplen. neglig. Prælat.

Tū autem dicas, quòd poteſt adiri
ſuperior mediatus, vt eſt Archiepiſco-
3 pus, vt Epiſcopum ad ſuum aſſenſum
præſtandum compellat, *c. Artaldus 8. q.
3. add. ad Abb. in d. c. nullus glo. in cap. pe-
nult. in verbo teneamur de reſcript. lib. 6.
c. nunc verò 9. qu. 3.* & ita procedere po-
teſt, *Calder. opinio.*

Non autem poterit dare aſſenſum in
Epiſcopi defectum, ſed recurrendum
eſſe ad Summum Pontificem, *Rochus
Curtius in verbo pro eo, quòd de diœceſani
conſenſu qu. 5.* & ita procedere poteſt,
Hoſtienſ. opinio, & hoc modo conciliā-
tur contrariæ opiniones.

Et hunc eſſe de reſeruatis Summo
Pontifici, *Abb. in c. ſi quis contra clericum
de foro competenti, Quaranta in bullar. in
verbo Archiepiſcopi authoritas*, & eſſe ca-
ſum in terminis *in d. c. nullus.*

4 Hinc eſt, quòd licet Archiepiſcopus
ſuccedat generaliter de iure cōmuni in

Epi-

Epiſcopi iuriſdictionem eo negligente, vel officium ſuum exercere nolente, non autem pro qualibet culpa ſuccedit Archiepiſcopus in illius iuriſdictionem ſingulare dictum fuit, *Abb. in d.c.ſi quis contra clericũ, Nauar. in conſ.10. n.2. de off.ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando denegat licentiam clerico volenti ire ad ſtudia poteſt agere coram ſuperiore, vt Epiſcopũ compellat.*

2 *Cauſa ſtudij, dicitur fauorabilis, vt poſſint clerici vacare lectionibus ſacræ Theologia, & ſacrorum canonum, & legum ciuilium, & alia de priuilegijs ſcholariũ, vſque ad n.3.*

4 *Portio, quæ debetur abſentibus, non tantũ de fructibus beneficiorum, ſed etiam de maſſa communi etiam de quotidianis diſtributionibus.*

5 *Conceſſa licentia ad ſtudium videtur conceſſa etiam ad fructum perceptionem.*

6 *Abſens cauſa ſtudij, non dicitur abſẽs, ſed præſens.*

7 *Fauorabilis adeò eſt cauſa ſtudij, vt maxima priuilegia ſcholaribus ſunt conceſſa, & cauſa ſtudij cauſa dotis comparantur.*

QVÆSTIO XXV.

An, & quando Epiſcopus denegat licentiam clerico volenti ire ad ſtudia, poteſt agere corã ſuperiore, vt Epiſcopum cõpellet?

EPiſcopus, quando denegat licentiam clerico volenti ire ad ſtudia, poteſt
1 agere coram ſuperiore, vt eũ compellat, *Abb. in c. tua de clericis non reſidentibus, Sbrozz. de off. Vic. lib.2.q.28. Barboſ. de off. parochi par.1.c.5.n.23. Molin. de ritu nuptiar. lib.2. diff.11.n.88.*

2 Ratio eſt, quia cauſa ſtudij dicitur fauorabilis adeò, vt abſentes ex cauſa ſtudij excuſantur in comparendo corã iudice citante, iuxta ea, quæ habentur *in c.conſultationibus de off. leg.* vt poſſint clerici vacare ſtudio ſacræ Theologiæ, & ſacr. canon. *c. ſuper ſpecul. ne clerici, vel monachi, Menoch. de arbitr. caſu 236. lib.2 Nauarr. in manual. c.21. nu.118. Emanuel Sà in verbo beneficium, nu.8. Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg.39.* & ita ſcripſit in ſuis notabilibus q. Bartholomæus Fileſtus, V.I.D. conciuis, & cõſocius meus in ſtudijs ſub diſciplina Dom. Leonardi Aurarelli noſtri præceptoris.

Ampliatur primò, clerici vacare debent ſtudijs literarum, *vt ex conſtit. 5. incipit Apoſtolica ex Leone X.*, facit, *ex Sac. Conc. Trident. cap.11. de reformat. Zerula Epiſcopus Minorenſis in prax. in verbo ſtudium n.2.*

Ampliatur ſecundò, conceſſa licentia ad ſtudium, poteſt percipere fructus in abſentia, *c. licet de præbendis, Moneta de diſtribut. can. p.2.q.10.n.4. Rebuff. in d. tract. de priuil. ſchol. priuil.36.*

Ampliatur tertiò, procedere non ſolùm in vacante ſtudio Theologiæ, vel canonum, ſed etiam legum ciuilium, *tex. eſt in c. cum ex eo de electione.*

Ampliatur quartò, procedere ſiue in grammatica, ſiue in iure canonico, vel ciuili, vel ſcientiæ Theologiæ, vel Philoſophiæ quis ſtudeat, quàm opinionem tenet *Archidiac. in cap. de quibuſdam 56. diſt.* ſequutus eſt *Federic. de Senis in conſ. 146. Sanchez de matrimonio diſp.1.n.24. Petrus de Greg. de re benef. c.25.n.9.*

3 Ampliatur quintò, portio debet eſſe non tantùm de fructibus beneficiorum, & præbendorum, ſed etiam de maſſa communi, ſeu groſſa, *Bolognet. in auth. habita c. ne filius pro patre, Petrus de Gregor. de re benef. c.21. nu.10. Feder. de Senis in d. cons.145.*

Ampliatur ſextò, portio debetur etiam de quotidianis diſtributionibus, quæ dantur præſentibus, & intereſſentibus, *Menoch. de arbitr. caſu 236. lib.2. Moneta de diſtrib. can. c.4.n.4. Rebuff. in trac. de priuil. ſchol. priuil.31.*

4 Ampliatur ſeptimò, conceſſa licentia

tia ad ſtudium, cenſetur conceſſa etiam
ad fructum participationem, *Aloyſ.Ricc.
deciſ.*220.*n.*14.& probatur ex *Sac.Conc.
Tridentin.ſeſſ.*5.*de reformat.cap.*1. *Moneta
de diſtribut.quotid.p.*2.*q.* 10.*n.*4.

Ratio eſt, quia, qui abeſt cauſa ſtudij,
5 non dicitur abſens, ſed præſens, *l.ſeia,
§ pamphile ff.de fundo inſtruct.leg.l.qua-
ſitum,ff.de leg.*3. *c.relatum de clericis non
reſidentibus.*

Ampliatur octauò, causā ſtudij adeò
fauorabilem eſſe, vt legum latores ma-
6 xima priuilegia cōtulerunt ſcholaribus,
quemadmodum legitur, & notatur in
*auth.habita c.ne filius pro patre.Simoncell.
in tract.de decretis minor.lib.*3.*inſpect.*15.
num. 113.

7 Ampliatur nonò, cauſam ſtudij cau-
ſæ dotis, æquiparari, *l.*1.*C.de varys lib.*
10.*Menoch.de arbitr.caſu* 236.*lib.*2.

Ampliatur decimò, ſi Prælatus ſine
cauſa denegat literas commendatitias
clerico ad ordines ſe promoueri volen-
ti, poteſt agere coram ſuperiore, vt eū
compellat, vel à Summo Pontifice lite-
ras impetrare, *glos.in cap.exigenti* 1.*q.*7.
Ant.Butrius in c.at ſi clerici de iudicijs.

LIBER SEXTVS CANONICARVM QVAESTIONVM IVRIS PATRONATVS RESOLVTIONES.

SVMMARIVM.

1 *Cappella dicitur qualibet eccleſia ſimplex etiam ſi ſit parochialis.*
2 *Patronus poteſt praſentare rectorem in eccleſia parochiali.*
3 *Qualibet eccleſia conuentualis, poteſt dici collegiata.*
4 *Eccleſia regulares, & conuentuales,poteſt dici collegiata, & de iure canonico ſunt collegiata.*

QVAESTIO I.

An cappella patronata poſſit fieri collegiata inuito domino, vel patrono?

Videbimus primò, quæ dicatur cappella ſimplex,& quæ collegiata, & quomodo cognoſcatur eccleſia collegiata, ne in cognitis principijs procedamus.

Prima concluſio : cappella dicitur
1 quælibet eccleſia ſimplex, *Abb.in c. nobis de iure patronatus,Felyn.in c.cum omnes de conſtitutionibus, Alex. in conſil.74. n.12.vol.4.Turrian.de iuſt.to.2. diſp. 22. dub.7.num.6.*

Etiam ſi ſit parochialis,*Azor.inſtitut. moral.p.2.lib.6.cap.21.q.5.n.69. Gutier. canon.qq.lib.2.c.11.n.26. Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo in eccleſia q.7.*

2 Hinc eſt, quòd patronus poteſt præſentare Rectorem in eccleſia parochiali,*Garcia de benef.par.2.cap.16. num.11. Abb.in c.nobis de iure patronatus,Lambertin.in tract.de iure patronatus lib.2. q.11. art.2.n.17.Molin.de primog.lib.2.cap.5. n.69.Aloyſ.Ricc.par.2.dec.316.n.3.*

Sed non permittitur in eccleſia collegiata, *c.Maſſana de electione, Viuian.in prax.iuris patronatus lib.10.cap.1.nu.19. Salgad.de protect.c.9.n.123.*

Secunda concluſio: quælibet eccle-
3 ſia conuentualis, poteſt dici collegiata, *Abb.in c.nobis de iure patronatus,* licet de conſuetudine,ſecundum modũ loquendi eccleſia cõuentualis,referatur ad eccleſiam religioſorum, ſed de iure,& vocabuli ęthimologia hoc verbum collegiata eſt omnibus proportionabile, *c. ne pro defectu de ſtatu regularium.*

4 Eccleſiæ autem regulares, & conuẽtuales de iure ſunt collegiatæ, *c.1. 25. diſt.Alex.in conſ.74.& in conſ.75.vol.4. Guid.Pap.dec.258.n.1.Rochus Curtius in tract.de iure patronat. in verbo in eccleſia q.2.Salg.de protect.Reg.cap.9.n.23.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi dubitatur,an ſit collegiata recurrendum eſt ad inſtitutionem eccleſia, & ad ordinem.*
2 *Quando non apparet de conceſsione colle-*

gij videndum eſt, an reperitur in poſſeſſione collegij, & iura collegij exercet, & quomodo n.3.

4 Collegium probatur, quando ibi eſt rector, vt caput, & canonici, vt membra; & probatur collegium probando iuriũ exercitium, ſolis canonicis ſpectantium, n.5.

6 Quadraginta annorum ſpatio iura collegij præſcribuntur.

QVAESTIO II.

Eccleſia collegiata, quomodo cognoſcatur ſi dubitatur, an ſit collegium?

PRima concluſio: ad demonſtrandũ, quòd ſit collegiata recurrendum eſt
1 ad eccleſiæ inſtitutionem, & ordinem ſi dubitatur, an ſit collegium, *Abb. in c. nobis de iure patronatus.*

Veluti ſi priuilegium, vel conceſſionem habet collegij, habebitur pro collegio, *c. poſtulaſti de iure patronatus, Peruſin. in tract. de canonic. portion. q. 14. n. 13. Moneta de opt. can. c. 15. n. 22. Curtius ſenior in conſ. 28. nu. 38. Rochus Curtius in tract. de iure patronat. in verbo in eccleſia quæſt. 5.*

Ampliatur primò, ſi non apparet de origine collegij, ſeù de ius inſtitutione,
2 videndum eſt, an reperiatur in poſſeſſione collegij, vt puta, quia iura collegij exercet, *c. ſignificauit de appellationibus, Guid. Pap. dec. 258.*

Tunc habebitur pro collegio, *Barboſ. de off. paroch. c. 1. n. 17. Rochus in d. tract. in verbo in eccleſia, q. 5. Reg. Rouit. in commentar. ad prag. Regn. in rubric. de feudis num. 15.*

Ampliatur ſecundò, quando ſigillum commune habet, & omnia collegialiter
3 exercentur, & negotia tractando proponuntur, & quòd fit ab omnibus, vel à maiori parte concluditur, vota aſſignãtur, tunc dicitur collegium, *Abb. in d. c. nobis, Moneta de opt. can. c. 15. nu. 17. Gonzal. ad Reg. Cancell. glo. 6. n. 36. Andr. de Iſernia in præludijs feudor. n. 15. Bald. in rubric. de feudis, §. & quia.*

Ampliatur tertiò, probatur, quòd ſit
4 collegium, quando ibi eſt Rector, vt caput, & canonici, vt membra, *c. dilecta de exceſſib. Prælat. Abb. in c. 2. de ſtatu monachorum.*

Ampliatur quartò, quando vocatum eſt collegium, & procurator generalis, vel ſyndicus, nomine collegij in iudicio, & extra egit, tunc dicitur collegiũ, *c. a iuncta glo. de electione, Menoch. de arbitr. caſu 258. lib. 2.*

Ampliatur quintò, probatur conceſ-
5 ſio collegij, probando exercitium iuriũ ſolis canonicis, vel clericis competentibus, *c. in geneſi de electione, Abb. in c. vt noſtrum n. 2. de off. Archidiac. Ant. Gabriel comm. concl. ſeù regul. in tit. de probationib. lib. 1. concl. 4. Mantic. dec. 8. n. 2.*

6 Ampliatur ſextò, ſpatio quadraginta annorum præſcribuntur iura collegij, *c. cauſam quæ de præſcriptionibus, Aym. de antiquit. temp. in verbo tranſeo n. 5. c. final. de conſuetud. Nauarr. in conſ. 4. n. 4. de iure patronatus lib. 3.*

His autẽ ceſſantibus nõ ſufficit, quòd in eccleſia ſunt plures clerici beneficiati, vt dicatur collegium, quia poſſunt eſſe, ſicut ſingularis, *Abb. in c. nullus de electione, Moneta de opt. can. c. 48.*

SVMMARIVM.

1 In eccleſia ſi ſunt plures canonici, & nullus Prælatus, non tamen ſinguli ſunt, nec eccleſia dicitur eſſe ſingulorum.

2 Maior pars collegij, vel totum collegium, poteſt committere alicui de collegio iuriſdictionem voluntariam, vel contentioſam.

3 Adeſſe collegij non requiritur, quòd ſit Prælatus perpetuus, vel Rector perpetuus, & poteſt imponere legem ſingulis de collegio.

4 Facientes collegium, non tenentur eligere rectorem perpetuum.

5 Quando committitur alicui de collegio cura pœnitentialis ad tempus, dicitur rector ad nutum amouibilis.

QVÆ-

QVAESTIO III.

An, & quando in eccleſia ſunt plures canonici,& nullus Prę-latus, an ſiuguli ſunt Prælati?

PRima concluſio: ſi in eccleſia ſunt plures canonici, & nullus Prælatus,
1 non tamen ſinguli ſunt Prælati, nec eccleſia dicitur eſſe ſingulorum, *c. irrefragabili de off. Ordin. Peruſin. in tract. de can. q.14. Abb. in c. nullus de electione.*

Secunda concluſio: poteſt tamen maior pars collegij, vel totum collegiũ
2 committere curam alicui de collegio pœnitentialem, *clem. paſtoralis in verbo plures de reſcriptis, Bellug. in ſpecul. princ. rub. 12. §. quadam n.23.*

Tertia concluſio: adeſſe collegij nõ
3 requiritur, quòd ſit Prælatus perpetuus, vel Rector perpetuus, ſingulare dictum fuit, *Innoc. in c. cum non ignores de prabendis, Cardin. in clem. paſtoralis col. 12. de pactis.*

Ampliatur primò, nam maior pars collegij dicitur caput, & facit corpus vniuerſitatis, vel collegij, facit, *l. quod maior, ff. ad municipalem,* & poteſt imponere legẽ ſingulis de collegio *d. clem. paſtoralis, Ant. Capyc. dec. 148. n.8.*

Ampliatur ſecundò, facientes collegium, non tenentur eligere rectorem
4 perpetuum, ſed ipſum corpus habebit omnem poteſtatem, *Abb. in c. nobis de iure patronatus, Bellug. in ſpecul. princ. rub. 12. §. quadam n.13.*

Ampliatur tertiò, collegium, ſeù maior pars, poteſt committere voluntariã pœnitentialem, & contentioſam iuriſdictionem alicui de collegio ad tẽpus, vel ad vitam, *Abb. in c. cum inter canonicos de electione, c. paſtoralis de iure patronatus, Nauarr. in conſ. 9. de tempor. ordin. lib. 1.*

Ampliatur quartò, quando commit-
5 titur alicui de collegio cura pœnitentialis ad tempus, dicitur rector ad nutũ amouibilis, nec dicitur habere curam perpetuam, vt acceptando ſecundum bebeficium incidat in pœnas contẽtas, *in c. de multa de prabendis, Nauarr. in al. leg. conſ. 9. de temp. ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Nouum collegium, vel noua dignitas, conſtitui non poteſt per Pralatum inferiorem inconſulto Summo Pontifice.*
2 *Creare nouam dignitatem in eccleſia pertinet ad Papam.*
3 *Omnia collegia ſine ſuperioris authoritate conſtructa ſunt illicita?*

QVÆSTIO IV.

An nouum collegium conſtitui poteſt inconſulto Summo Pontifice?

NOuum collegium, vel noua dignitas cõſtitui non poteſt inconſunto Sũ-
1 mo Pontifice, *c. cum olim de conſuetudine c.1. 22. diſt. Feder. de Senis in conſ. 66. Nauarr. in conſ. 44. n.1. de ſimonia lib. 5.*
2 Creare autem nouam dignitatem pertinet ad Papam, *Abb. in c. cum veniſſent de conſtitutionibus, Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q. 71. n. 2 Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 6. num. 27.*
3 Ampliatur, nam omnia collegia ſine authoritate ſuperioris ſunt illicita, *Inn. in c. querelam de ſimonia, Bart. in rubr. de iuris, & facti ignorantia, & in l. 1. de colleg. illicito, Nauarr. in conſ. 44. de ſimonia idem in conſ. 5. de off. iud. ordin. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Duo, vel tres cum Pralato ad minus faciunt collegium.*
2 *Ius collegij poteſt remanere in vno ſolo.*
3 *Eccleſia collegialis gaudet priuilegio collegij, vno tamen remanente.*
4 *Canonici eccleſia collegialis habeat Pralati electionem, non cappellani, & beneficiati, qui non admittuntur ad tractatus capitulares.*

5 *Nullus citra Papam poteſt præficere Prælatum in collegiata eccleſia, nec etiam legatum, num.6.*

QVAESTIO V.

Quot perſonæ faciũt collegium, & an cappellani, & beneficiati habeant vocem in eccleſia collegiali?

PRima concluſio: Duo vel tres cum Prælato faciunt collegium ad minus,
1 *c.1.de electione*, & retinet nomen collegij, *glo.in c.nobis de iure patronatus*, quod intelligas quando mortuis canonicis, ad minus remanſerunt duo cum Prælato, & poſsũt iura collegij exercere actu, facit, *l. Neratius, ff. de verb.ſignif. Guid. Pap.deciſ.258. num.2.Federic. de Senis in conſ.66.*

2 Ampliatur primò, quia poteſt remanere ius collegij in vno ſolo remanente, *l.1.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, Bart.*in l.quod maior, ff.ad municipalẽ, gloſ.in c. gratum in verbo pauciores de poſtul.Prælat.gloſ.in c.ex laicis in verbo vbi congregatio 10.q.1.*Barboſ.*in collect. bull, in verbo collegiata, Sayr.de cenſuris lib.7. cap.5.num.38.*

Ampliatur ſecundò, propter iura, quę dicunt, quòd in vno de collegio, poteſt remanere ius collegij, & repræſentare totum collegium, & per ius accreſcendi, *l.ſicut,§.vltimo, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomen, Sayr.de cenſuris lib;6.cap.17.n.19.Gabriel Roman.in tract.commun. concl.in tit.de tranſact.cõcl.1.n.2.*Barbat.*in conſ.74.n.1.Marcus Ant.de Bardis in tract.de temp.vtili, vel continuo, cap. 11. Alex.in l.1. c. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, Bart.in l.grege, ff.de leg.1.c.ſi fortè 65.diſt.l.ſi duo, ff.de acquir. hæredit. Turramin.de legibus 2.par.c.2.n.8.Dom.*Carolus de Lellis ſolertiſsimus *Doctor genere clarus in libro manuſcripti de præſtantia Regni Neapolis. proximè edendo cum pluribus, q.legal.p.3.*

Hinc nouiſſimè ſacra Congregatio declarauit eccleſiam collegialem de-
3 bere gaudere priuilegijs, & retinere ius collegij, & nominari collegiatam, vno tamen remanente deficientibus omnibus canonicis, refert *Barboſ. in d.collect. in verbo collegiata.*

Ampliatur tertiò, quia habent ſolùm
4 canonici Prælati electionem, non autẽ cappellani, & beneficiati, *Abb. in c.nobis de iure patronatus*, quãdo Prælatus aſſumitur per electione, *Puteus deciſ. 504. vol.2.*

Ampliatur quartò, cappellani, & beneficiati de per ſe non faciunt capitulũ, ſed ſunt tanquam ſingulares, *cap.dilecta de exceſsib. Prælat.* nec debent admitti ad tractatus capitulares, *Moneta de opt.canon.cap.1.nu.17. Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo competẽs q.18.num.30.*

5 Ampliatur quintò, nullum citra Papam poſſe præficere Prælatum in eccleſia collegiata, *Abb. in cap.1.de electione, Cardinal.in clem.1.vt lite pendente, Federic.de Senis in cõſ.20.Moneta de option. can.cap.1.n.18.*

6 Ampliatur ſextò, nec etiam legatum, *Roman.in conſ.298.Cardin.in conſ.48. & in conſ.74.Decius in conſ.447.*

SVMMARIVM.

1 *Omnes de collegio, quando ſunt mortui, & vnus ſolus remanſit, tunc ille poteſt dare poteſtatem alicui eligendi, & ipſe poteſt eligere ipſum ſolum remanſum in collegio.*

2 *Eccleſia remanet collegiata per canonicorũ mortem.*

3 *Canonici, quando omnes ſunt mortui, ius collegij remanet penes parietes, & priuilegia collegia non extinguuntur, n.4.*

5 *Priuilegia ſtudia apud Ciuitatem conſeruantur, & ſimilem priuilegia collegij.*

6 *Quadraginta annorum ſpatio priuilegia ſtudij, & collegij præſcribuntur.*

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

An, & quando omnes de collegio ſunt mortui, & vnus ſolus remanſit, an ille ſolus poteſt dare poteſtatem alicui eligendi, & an poſſit eligere ipſum ſolum remanſum in collegio?

PRima concluſio: omnes de collegio,
quando ſunt mortui, & vnus ſolus
1 remanſit, & ſi vacat aliquod officium,
poteſt ille ſolus remanſus dare poteſtatem alteri eligendi ad illud officium, & ille poteſt eligere ipſum ſolum remanſum in collegio, *glo. in c. gratum in verbo pauciores de poſtul. Prælat. Abb. in c. licet de electione, Roman. in conſ. 192. Ant. Capyc. deciſ. 27. n. 10.*

Ampliatur primò, eccleſia remanet
collegium, nec deſinit eſſe collegium
2 per canonicorum mortem, quando alij
poſſunt ſubſtitui, *Inn. in c. poſtulaſti de iure patronatus.*

Et ius collegij poteſt remanere in vno ſolo, *Bal. in l. 1. c. quando non petent. par. Sayr. de cenſuris lib. 6. c. 17. n. 19. Barboſ. de off. parochi c. 2. p. 1. n. 28.*

Ampliatur ſecundò, quando omnes
3 canonici ſunt mortui ius collegij remanet penes parietes, *Alexand. in conſ. 74. vol. 4. Guid. Pap. dec. 258. Maſſobr. in prax. requiſit. 12. dub. 2. Salgad. de protect. reg. c. 9. n. 114.*

Ampliatur tertiò, quando priuilegiũ
conceſſionis collegij eſt collatum loco,
tunc propter mortem, vel priuationem
canonicorum non extinguuntur iura
4 collegij, ſed remanent loco, & apud parietes conſeruantur iura collegij, *glo. in c. ſtatutum in verbo collegialis de electione Garcia de benef. c. 2. n. 2.*

Ampliatur quartò, priuilegia ſtudij,
5 vel collegij apud ciuitatem coſeruantur, cui ſtudij, vel collegij priuilegia ſunt conceſſa, *glo. in c. ex hoc diximus 1. q. 7. c. licet, iuncta glo. in verbo parochialis de electione, Aloyſ. Ricc. add. ad Tiraq. in trac. de priuil. cauſæ piæ priuil. 91.*

6 Ampliatur quintò, quadraginta annorum ſpatio priuilegia ſtudij acquirũtur, *Aretin. in l. ſed & reprobari, ff. de excuſ. tut. Card. in clem. 7. de magiſtris*, quos refert, & ſequitur *Pariſ. de Puteo in tract. de ſyndicatu in princ. nu. 6. Moneta de opt. can. cap. 3. n. 92.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia collegiata poteſt eſſe actu, & habitu, & quomodo, n. 2. & 3.*

4 *Eccleſia collegiata habitu gaudet priuilegio conceſſionis, nec per canonicorum mortem, vel eorum priuationem amittit ius collegij, n. 5.*

QVÆSTIO VII.

Collegiata eccleſia, quibus modis poteſt eſſe.

PRima concluſio: eccleſia collegiata poteſt eſſe actu, & habitu.

1 Actu quando eſt collegiata, & iura
collegij exercet, *Innoc. in c. cumana de e-*
2 *lectione, Federic. de Senis in conſ. 92. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens q. 14. Alex. in conſ. 74. vol. 4. Aloyſ. Ricc. add. ad Tiraq. in tract. de priuileg. cauſæ piæ priuil. 97. Barboſ. de off. parochi cap. 1. n. 98.*

Habitu, dicitur eccleſia collegiata,
quando deſinit eſſe collegium morte
3 ipſorum canonicorum, vel propter priuationem per aliquod ſcelus, vel delictum commiſſum per canonicos, vel collegiũ, tunc talis eccleſia gaudet priuilegio collegij, *Abb. in c. in geneſi de electio. idem in c. gratum de poſtul. Prælat.*

Ampliatur primò, iura, quæ ſpectant collegio tale comprehendunt eccleſiam, *Alex. in conſ. 74. vol. 4. Aloyſ. Ricc. add. ad Tiraq. de priuil. cauſ. piæ priuil. 97. Barboſ. de off. parochi par. 1. c. 1. num. 48.*

Azor.inſtitut.moral.par.7.lib.3.c.13.q.6. Campan.in diuerſ.iur.can.rub.7.c.6.nu.8.

Ampliatur ſecundò, eccleſia colle-
4 gialis habitu gaudet priuilegio conceſ-
ceſſionis, quia attenditur ſuperioris vo-
luntas collegiatam conſtituentis, *c. Nul-
lus 16.q.7.c.ſicut de exceſſib. Prælat. Frãc.
in c.licet de electione lib.6.*

Ampliatur tertiò, nec per canonico-
rum mortem, vel eorum priuationem,
5 dicitur eccleſia amiſiſſe ius collegij, fa-
ciunt ea, quæ habentur per *Abb. in c.2.
de poſtul. Prælat.* & ea quę not. *Ioan. in c.2.
de nou. oper. Mandoſ. ad reg. cancell. 3. qu. 3.
Anton. Ricc. de iure perſon. extra grem. ec-
cleſ. lib.1.c.14.n.4. Barboſ. de offic. parochi
par.1.cap.2.n.29.*

SVMMARIVM.

1 *Collegium, quando ſuperioris authoritate eſt deſtructum collegium, non remanet, nec habetur pro collegio.*
2 *Collegio deſtructo authoritate ſuperioris omnia bona, priuilegia, & indulgentias amittit, & feudum.*
3 *Indulgentia ceſſans, quando eccleſia eſt deſtructa.*
4 *Eccleſia deſtructa authoritate ſuperioris, omnia debent reduci in priſtinum ſtatum.*
5 *Ciuitas deſtructa authoritate ſuperioris, inde ciues appellari non poſſunt.*
6 *Eccleſia, quando ex facto Tyramni deſtruitur, tunc retinet priuilegia, & poſſunt appellari canonici, & ciues.*

QVAESTIO VIII.

An, & quando collegiata authoritate ſuperioris eſt deſtructa, an poſſit nominari collegiũ?

PRima concluſio, quando ſuperioris
authoritate collegium eſt deſtructũ,
1 tunc deſinit eſſe collegium, nec habebi-
tur pro collegio, & corpus collegij cẽ-
ſetur annihilatum, & deſtructum, *Bald.
in conſ.221. viſo teſtem.*

Et deſinit eſſe collegium, & iura col-
legij nec actu, nec habitu retinet, *gloſ.
in c.ſtatutum in verbo collegialis de elect.
lib.6. Thorus add. ad Tiraq. de priu. cauſæ
piæ priuil.7. Barboſ. de off. parochi p.2. c.2.
num.21.*

Ampliatur primò, collegio diſſoluto,
2 vel deſtructo authoritate ſuperioris
amittit bona priuilegia, feuda, & in-
dulgentias, *And. de Iſernia in c.1. de lege
Corrad. Vrſill. add. ad Afflict. dec.292. nu.
30. Bald. in conſ.328. vol.3. Ricciull. de iu-
re perſonar. extra grem. eccleſiæ lib.1.c.14.
num.5.*

Ampliatur ſecundò, feudum tranſi-
bit ad dominum, *Aloyſ. Ricc. add. ad Ti-
raq. in tract. de priuil. cauſ. piæ priuileg.91.*
niſi datum ſit ad tempus, vel ex cauſa
translatum, *And. de Iſernia in d.c.1. de
lege Corradi.*

Ampliatur tertiò, eccleſia diruta ceſ-
3 ſant indulgentiæ, *Syluester in ſumma in
verbo indulgentia, Nauarr. de indulg. no-
tab.31. And. Gail. lib.2. obſer. 61.n.1.*

Ampliatur quartò, deſtructa eccle-
4 ſia authoritate ſuperioris, omnia de-
bent reduci in priſtinum ſtatum, & cle-
rici ibi inſtituti non poſſunt amplius ap-
pellari canonici, *Bald. in conſ. 228. lib.3.
de Laurentijs deciſ. Auen.33.n.3.*

Ampliatur quintò, ciuitas authorita-
5 te ſuperiori deſtructa, inde ciues oriũdi
nõ poſsũt appellari, facit, *tex. in l.ſi vſuſ-
fructus, ff. quemadmodũ vſusfructus amit-
tatur.*

Et priuilegia ciuitatis ſunt ſublata,
Bal. in conſ.22. lib.1.

6 Limita, quando ex facto Tyramni ec-
cleſia, vel ciuitas eſt deſtructa, quia tã
eccleſia, quàm ciuitas retinet omnia
priuilegia, & poſſunt appellari ciues
oriundi, & clerici canonici, *c. in nomine
domini diſt.22. Thorus de priuil. cauſ. piæ
priuil.70.*

SVMMARIVM.

1 *Collegium eſt corpus ex clericis cõſtans ad maiorem Dei cultum, & venerentiam, & inſtituta ſunt, vt preces facilius à Domino exaudiantur, n.2. & 3.*

QVAESTIO IX.

Collegium, qua ratione retenta eſt?

1 Collegium eſt corpus quodam ex
clericis ad maiorem Dei cultum,
& reuerentiam, inſtitutum, vt ſunt capi-
2 tula eccleſiarum Cathedralium, & alia-
rum collegiatarum, *Abb. in c. ex parte de
conſtitutionibus, Nauarr. in conſ. 44. de Si-
monia, Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 6. n. 19.*
3 Ac etiam inſtituta ſunt, vt faciliùs à
Domino preces exaudiantur, *c. ſi cas de
pœnit. diſt. 1.* nam plures voces faciliùs à
Domino exaudiuntur, *Abb. in c. ex eo c. de
pœnit. & remiſſ. Sayr. de cenſuris lib. 1. c. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Collegium, quando aliquid agit, vt validum ſit, qua requiſita interuenire debẽt, num. 2. 3. & 4.*

QVAESTIO X.

Collegium, quando aliquid agit, quæ requiſita interuenire debent, vt validum ſit?

Collegium, quandó aliquid agit, vt
validum ſit ſubſcripta requiſita in-
1 teruenire debent.
Primò requiritur, vt vocentur om-
2 nes habentes ſuffragium, *Abb. in cap. cum
vniuerſas de electione* 2. vt faltẽ duę par-
tes conueniunt, quæ debent intereſſe,
*Guid. Pap. dec. 162. n. 1. Abb. in c. cum om-
nes de conſtitutionibus.*
3 Tertiò, vt ſimul deliberent, & deter-
minent, non vnus ab altero diſtinctus,
*Felyn. in d. c. cum omnes, & in c. dilectus,
de reſcriptis, Dec. in conſ. 131. num. 118.
Franc. Marcus dec. 785.*
4 Quartò, vt maior, ſaniorq; pars, quæ
conuenerunt, & facultatem ſuffragandi
habent ad negotia facienda conueniſſe,
gloſ. in c. eccleſia veſtra de electione.

Maius ſaniorq; pars intelligitur, qui conuenerunt, & facultatem ſuffragandi habent reſpectu ad totum collegium congregatum, *gloſ. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori par. cap. in verbo rationabilem, Sayr. de cenſuris lib. 1. cap. 6. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio facienda collegio ſufficit fieri maiori de collegio, vel vniuerſitati ſufficit, vel fiat Syndico Vniuerſitatis.*
2 *Epiſcopus poteſt appellare pro ſuis canonicis collegio, vel eccleſia abſque ſpeciali mandato.*
3 *Dominus pro iniuria facta vaſſallo poteſt agere actione iniuriarum, ſi iniuria fiat in domini contemptum.*
4 *Iniuria facta vni de collegio, vel de Vniuerſitate ſi iniuria reſpicit Vniuerſitatẽ, vel collegium agere poteſt.*

QVÆSTIO XI.

An citatio facianda collegio ſufficit fieri maiori de collegio?

1 Citatio faciẽda collegio ſufficit fieri
maiori de collegio, *Bald. in c. 1. de
maioris. & obed.* vel vniuerſitati ſufficit
ſi fiat Syndico Vniuerſitatis, *glo. in c. bonæ
memoria in verbo ſingulis de electione.
Guid. Pap. dec. 321. n. 2.*
2 Ampliatur primò, in Epiſcopo, qui
poteſt appellare pro ſuis canonicis
collegio, vel eccleſia abſque ſpeciali
mandato, *cap. dilecta de appellationibus,*
quia factum ſubditi tangit dominum,
iſque ſuo nomine appellat, *Specul. in
tit. de appellationibus, §. 1. Guid. Pap. deciſ.
464. Amend. add. ad Præſid. de Franch. de-
ciſ. 146. n. 6.*
3 Ampliatur ſecundò, in domino, qui
pro iniuria facta vaſſallo poteſt agere
actione iniuriarum, *Magon. dec. Luc. 34.
num. 4. Tartalia in prax. criminal. cap. 4.
num. 4*

Am-

Ampliatur tertiò, iniuria facta vni
4 de collegio, vel de vniuerſitate ſi iniuria reſpicit vniuerſitatem, vel collegiũ, ipſa vniuerſitas, vel collegiũ agere poteſt, *Bellug. in ſpecul. princ. rub. 12. §. milites n. 41. Amend. add. ad Præſid. de Franch. dec. 146. n. 6. Tartalia ibid. loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Collegiata dignior eſt parochiali.*

2 *Preces faciliùs à Domino in congregatione exaudiuntur.*

3 *Honor Dei magis debet augeri, quàm minui.*

4 *Ordinatio eccleſiæ ſpectat ad Epiſcopum.*

5 *Cappella patronata collegialis fieri non poteſt in vita domino.*

6 *Aliquid, quando vna via prohibetur, alia concedi non debet in fraudem legis prohibentis.*

7 *Patronus, honoribus, & vtilitatibus ſuæ eccleſiæ priuari non debet.*

8 *Laici ad eccleſiarum conſtructionem, & dotationem per iuris patronatus conceſſionem inuitantur.*

9 *Dominus rei non poteſt mutare vſum rei in melius inuito vſufructuario.*

10 *Quod fauore conceſſum eſt non debet in odium retorqueri.*

11 *Directè quòd auferri non poteſt, neque per indirectum.*

12 *Fauor publicus in cõſideratione ſemper habendus eſt.*

13 *Inſtitutus in beneficio totale ius conſequitur à patrono præſentante, & totale ius à Prælato inſtituente, vel conferente.*

QVAESTIO XII.

An patronata eccleſia poteſt fieri collegiata inuito domino explicatis præludijs aggredimus quæſtionẽ, pro cuius reſolutione?

PRimò videtur, dicendum affirmatiuè ſubſcriptis argumentis, quorum.

Primum eſt: collegiata dignior eſt
1 ſimplici, & etiam parochiali, *c. ſtatutum de electione lib. 6.* & maius dignum trahit ad ſe minus dignũ, *c. quod in dubijs de conſecr. eccl. vel altaris, Nauarr. in conſ. 12. de regul. lib. 3. Thorus de priuil. cauſa pia priuil. 179.*

Secundum eſt, in collegiata officiatur deuotiùs, laudibuſque Dominus in
2 conſentu magis delectatur, *Abb. in c. 2. de pœnit. & remiſſ.* & facilius in congregatione preces exaudiuntur, *c. fleat pro te, de pœnit. diſt. 1.*

Et non eſt recedendum à maiori bo-
3 no, quia honor Dei magis debet augeri, quàm minui, *c. ex parte de conſtitutionibus.*

Tertium argumentum eſt: plus habet in inſtitutione Prælatus, quàm in
4 præſentatione patronus, *c. dilectus de offic. leg. & in c. cum dilectus de iure patronatus*, & ordinatio eccleſię ſpectat ad Epiſcopum *10. q. 1.*

Et ſi priuatur patronus præſentatione ſine culpa, non tamen ſine cauſa, *c. quoniam, §. ſi verò, vt lite non conteſtata non procedatur.*

His tamen nõ obſtantibus, dicas cappellam patronatam eccleſiam collegialem in præiudicium patroni fieri
5 non poſſe hoc apertè probatur *in c. decernimus*, iuncta *glo. in verbo offerant 16. q. 7. glo. in extrauag. 2. in verbo, vel perſonis de electione glo. in c. nobis in verbo de ſua iuriſdictione de iure patronatus*, ſubſcriptis iuribus, authoritatibus, & rationibus probatur.

Primò, ius patronatus directè à patrono auferri non poteſt, *c. decernimus*, iuncta *gloſ. in verbo offerant 16. qu. 17. d. c. nobis*, iuncta *glo. in verbo de ſua iuriſdictione de iure patronatus.*

Neque per indirectum tolli debet, *l. fin. c. de vſuris rei iudicatæ*, facit, *tex. in c. cum quid vna, de reg. iuris lib. 6. Abbas in conſ. 62. n. 2. par. 1.*

6 Hinc eſt, quòd quando aliquid vna via prohibetur, alia non debet conce-

di in fraudem legis prohibentis, *cap.ſua*
de procuratoribus, Feder. de Senis in conſil.
10. *Lupus alleg.*3.

Secundò, patronus honoribus, & vti-
7 litatibus ratione iuris patronatus priua-
ri non debet in ſua patronata eccleſia,
d.c.nobis, quibus priuaretur, & ſpoliare-
tur per indirectum erigendo collegia-
lem patronatam eccleſiam, *glo. in d. ex-*
trauag. in verbo, vel perſonis de electione.

8 Tertiò laici ad eccleſiarum conſtru-
ctionem, dotationem, & fundationem
per iuris patronatus, conceſſionem in-
uitantur, *Abb. in rubr. de iure patronatus,*
glo. in c. nobis.

Per contrariũ ſi iure patronatus pri-
uarentur ab earum fundatione, conſtru-
ctione, & dotatione retraherentur, *Abb.*
*in conſ.*57. 1. *par.*

Etiam ſi fieret conditio in melius eri-
gendo collegialem eccleſiam, tamen
dicto iure patronatus priuari nõ debet,
ſicut dominus rei non poteſt mutare
vſum ipſius rei, etiam in melius inuito
9 vſufructuario, *l. vltima, ff. de vſus, & ha-*
bitatione, Rochus Curtius in tract. de iure
patronatus in verbo pro eo, quòd de Diæ-
*ceſani conſenſu, q.*15. *Thorus add. ad Tira-*
*quell. de priuil. cauſ. pia priuil.*152.

Suffragatur regula generalis, quòd
nemo ſine culpa iure ſuo priuari debet,
c. cognoſcentes de conſtitutionibus, & con-
ſultationibus de donationibus, c. ſua de pro-
curatoribus.

10 Et quòd fauore conceſſum eſt non
debet in odium retorqueri, *l. quòd fauo-*
re de reg. iur. Dom. Fabritius Vitalianus
V.I.D. in ſuis notabilibus manuſcriptis.

Hinc eſt, quòd patronus dicitur lar-
go modo eccleſiam ordinare, *d.c. decer-*
nimus, Rochus Curtius in tract. de iure pa-
tronat. in præludijs, & id, quòd directè au-
11 ferri non poteſt, neque per indirectum
concedi debet, *l. ſtipulatio, ff. de verb.*
obligationibus l. non dubium, C. de legibus,
*Sbrozz. de off. Vic. q.*3. *lib.*2.

Non obſtat primum argumentum,
quia reſpondetur, concedendo eccle-
ſiam collegialem eſſe ſimplici digniorẽ,
ſed conſequentia non eſt bona, & non
ſequitur collegialis eſt dignior ſimplici,
ergo patronus poteſt iure patronatus
priuari, *Abb. in conſ.*98. *lib.*1. *de Laurẽtijs,*
dec. Auen. 3. *n.*2.

Non obſtat ſecundum argumentum,
quòd aliquis non eſt retrahendus à ma-
iori bono, quia reſpondetur retorquẽ-
do argumentum, quòd fauor publi-
12 cus, & vniuerſalis vtilitas eſt in conſi-
deratione, vt ab eccleſiarum fundatio-
ne, conſtructione, & dotatione laici, nõ
retrahantur, *gloſ. in d.c. nobis in verbo in*
cappella.

Quæ beneficia ceſſarent ſi laici iure
patronatus per indirectum priuarentur
abſque culpa ſua, quia nemo ſuis iuri-
bus ſpoliari debet abſque cauſa, *cap. ſua*
de procuratoribus.

Non obſtat tertium argumentum,
quòd plus iuris habet Prælatus in inſti-
tutione, quàm patronus in præſenta-
tione, quia reſpondetur, quòd totale
13 ius conſequitur præſentatus à Prælato
inſtituente, & totale ius à patrono præ-
ſentante, *c. cum dilectus de iure patronatus,*
& quòd ibi notat *gloſ. Abb. in c. dilectus*
de off. legati.

Vndè reiectis contrarijs indubitata
remanet concluſio cappellam patrona-
tam, inuito domino collegiatam fieri nõ
poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Patronata eccleſia monaſterium fieri non*
*poteſt, nec cathedralis, num.*2. *nec alteri*
*vniri poteſt, n.*3 *nec permutari.*
4 *Eccleſia patronata ſi inuito domino facta*
fuerit collegiata, patronus procedit in
præſentatione rectoris.
5 *Patronus eccleſiæ præſentat Prælatum in*
eccleſia collegiata, quando hoc ius in fũ-
datione eccleſiæ, vel conſtructione, vel
dotatione, fuit reſeruatum, & per pactũ
ſibi cauerit, & tunc procedit in præſen-
tatione rectoris.
6 *Volenti non fuit iniuria.*
7 *Proteſtatio reſeruat ius proteſtanti, idque*
conſeruat.
8 *Quando ſubeſt magna, & euidens neceſ-*
ſitas,

*ſitas, & vtilitas patronata eccleſia, po-
teſt collegiata, & quomodo.*
9 *Procedendum non eſt cum eccleſia patrono
per Epiſcopum cum ſummo iure, & cum
minori incommodo patroni.*

QVÆSTIO XIII.

An cappella patronata fieri po-teſt monaſterium inuito pa-trono?

PRima concluſio: patronata eccleſia
inuito patrono monaſterium fieri nõ
poteſt, *cap. Monaſterium*, iuncta *gloſ. in
verbo à domino 16.q.7. Alex. in conſ.75.*
1 *vol.4. Feder. de Senis in conſ.222. gloſ.in
c. Epiſcopus 12.q.2. in verbo conſenſus.*
2 Ampliatur primò, vt nec cathedra-
lis, *glo. in c. filijs 16.q.7. glo. in extrauag.2.
in verbo, vel perſonis de electione, Rochus
Curtius in tract. de iure patronat. in verbo
honorificum q.13. Azor. inſtit. moral. p. 2.
lib.6 1.c.22.q.10.*

Ampliatur ſecundò, vt nec cathedra-
lis Epiſcopalis patronata ſi transfera-
tur in Archiepiſcopalem, *Azor. in dicto
tract. cap.22. qu.7. glo. in d. extrauag.2. in
verbo, vel perſonis.*

Ampliatur tertiò, vt nec alteri vniri
3 poſſit inuito domino, vel patrono, *Inn.
in c.2. de rer. permut. Gigas in tract. de pẽ-
ſion. q.48. Rochus Curtius in tract. de iure
patronat. in verbo ipſe, vel ipſe à quo q.27.
Sbrozz. de off. Vic. q.21. lib.1. n.2. Nauarr.
in conſ.2. de iure patroatus.*

Ampliatur quartò, vt nec permutari
poſſit cum alia eccleſia inuito patrono,
& nec Epiſcopus permutationem au-
thorizare, *Guid. Pap. dec.374. nu.5. Na-
uarr. in comment. in c. Nouit ille de iudicijs
notab.6.*

Ampliatur quintò, vt ſi inuito patro-
no facta fuerit collegialis, patronus
4 procedit in præſentatione rectoris, vel
Prælati, & ius præſentandi retinet, *glo.
in cap. nobis in verbo in cappella de iure
patronatus.*

Ampliatur ſextò, quia patronus po-
5 teſt præſentare Prælatum in collegiali
eccleſia, quando hoc ius in fundatione,
conſtructione, vel dotatione eccleſiæ
collegialis, fuit reſeruatum, & ſibi per
pactum cauerit ex conceſſione Epiſco-
pi, vel ab eo, qui hoc ius concedere po-
teſt, *c. contra morem 100. diſt. Nauarr. in
d. conſ.2. de iure patr.*

Limita primò, quando conſenſerit
patronus, vt fiat collegiata, *Barboſ. de
off. parochi c.28. §.1. 1. par. n.18. Moneta
de decimis c.7. n.3.*

Ratio eſt, quia fauori ſuò quilibet
renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcriben-
do c. de pactis l. iudex, ff. de minoribus.*

Et effecta collegiata de aſſenſu, &
voluntate patroni ius præſentandi ami-
ſit, facit, *l. non videtur, ff. de reg. iuris*, quia
6 volenti non fit iniuria, *l. in diem, §. nul-
lam, ff. de aqua pluuia arcendo, Rebuff. in tr.
de decimis, q.6. n.7.*

Declara, vt procedat, quando con-
ſenſerit abſque proteſtatione iuris ſui,
eo enim caſu effectu collegiata Prælatũ
præſentare non poteſt, *gloſ. in d. c. nobis*,
quia cenſetur ius ſuũ remiſiſſe, *de Rebuff.
in prax. benef. in tit. de erect. in collegiatã
in verbo nonnunquam.*

Secus autem ſi de ſuo iure proteſta-
tus fuiſſet hoc enim caſu ius ſuum,
7 ſibi reſeruatum eſt, & præſentat, *gloſ. in
d. c. nobis in verbo quia de ſua iuriſdictio-
ne ſibi cauet, Rebuff. in prax. benef. in tit. de
erectione in collegiatã, in d. verbo nonnun-
quam.*

Et non ſolùm præſentat rectorẽ, ſed
etiam ad omnes cappellas per eum do-
tatas, *Card. in c. ſuggeſtum de iure patro-
natus, Nauarr. in conſ.2. de iure patrona-
tus.*

Limita ſecundò, quando ſubeſt ma-
gna neceſſitas, & accidens vtilitas ec-
8 cleſię, tunc inuito patrono poteſt fie-
ri collegiata, quę limitatio deducitur ex
his, quę notat *Ant. Butrius in d. c. nobis*,
& ea, quę notat *Magon. dec. Luc.33. n.32.
Rochus in d. tract. de iure patronat. in ver-
bo honorificum q.3.*

Quàm ſententiam, ita admittendam
eſſe cenſeo, quando aliter conſuli non

po-

poteſt eccleſiam collegialem fieri vo-
lentibus, tamen de vrbanitate conſen-
ſus patroni implorari debet, *Rochus in*
d.tract.in verbo quod de diæceſani conſen-
ſu qu.35.verſ.& circa iſtam quæſtionem,
Theſaur.dec.242.n:8.

9 Nec cum patrono ſummo iure pro-
cedi,& cum minori incõmodo,quo po-
terit, *glo.in extrauag.1.de offic. deleg. in*
verbo ereximus, aliàs ſi ſpreto patrono
facta fuerit collegialis, patronus præ-
ſentat Prælatum in collegiali eccleſia.
Nauarr.in conſ.2.de iure patronatus gloſ.
in extrauag.2.in verbo vel perſonis de ele-
ctione.

SVMMARIVM.

1 Patronus, quando reperitur in poſſesſione
præſentandi in ſua patronata eccleſia
legitima præſcriptione, tunc nec poteſt
fieri collegiata.
2 Ius præſentandi poteſt præſcribi.
3 Priuilegium, quòd poteſt, poteſt præſcrip-
tio.
4 Ad laicũ poteſt ſpectare ius præſentandi
Prælatũ in collegiata eccleſia legitima
præſcriptione, vel cõſuetudine,& tantò
magis, quandò præſcriptio eſt cum cauſa
rationabili,nu.5. & fortiùs procedit in
præſcriptione immemorabili,n.6.
7 Temporis immemorialis præſcriptio,idem
operatur, quod titulus.
8 Patronus poteſt præſentare rectorem, vel
beneficiatum in collegiali eccleſia,& ad
cappellas per eum dotatas, & ad cano-
nicatus, & ad omnia beneficia dota-
ta.
9 Conſtruens,vel dotans eccleſiam collegia-
tam mero iure inſpecto ius præſentandi
Prælatum non acquirit, poteſt tamen ex
pacto conceſsione Epiſcopi, vel ab eo,qui
hoc ius concedere poteſt acquirere, nu-
mer.10.

QVAESTIO XIV.

An, & quando laicus reperitur in poſſeſſione præſentandi in ſua patronata eccleſia, poſſit fieri collegiata eo inuito?

PRima concluſio: patronus laicus,
quando reperitur in poſſeſſione pre-
1 ſentandi in ſua patronata eccleſia legi-
tima præſcriptione,tunc non poteſt fie-
ri collegialis, *gloſ.in c.decernimus in ver-*
bo offerant 16.q.7.c. Abbate, iuncta *gloſ.*
18.qu.2. Nauarr. in conſ.43. de Simonia
c.ſi quis Epiſcoporum, 16.q.5.

Ratio eſt, quia ius patronatus poteſt
2 præſcribi, *Io: And.in c.quod alicui de reg.*
iuris lib.6. & quod poteſt pactũ, poteſt,
3 & præſcriptio, *l.vltima,C.de fund.patri-*
monial.lib.12.l.2.C.de ſeruit.& aqua, Me-
noch.de arbitr.caſu 24.cent.1. n.15. Bar-
boſ.de parochi, cap.28.§.2.n.43.

Ampliatur primò, ius præſentandi
4 poteſt ſpectare ad laicum in collegia-
ta eccleſia præſcriptione, vel conſuetu-
dine, *Zaccharias add.ad Abb.in c. quiſ-*
quis de electione, qui citat *Felyn.in c. di-*
lectus, in verbo populus de electione; Io:
Andr.in c.1.de electione, qui citat *Innoc.*
in c.cum dilectus de conſuetudine, Nauarr.
in conſ.4.de iure patronatus.

Ampliatur ſecundò, vt tantò magis
procedat, quandò præſcriptio eſt cum
5 cauſa rationabili, veluti, quòd colle-
giatam eccleſiam fundauerint, conſtru-
xerint, vel dotauerint, quia in hoc caſu
præſcriptio operatur, *Rochus Curtius in*
tract.de iure patronatus in verbo in eccle-
ſia q.2. Moneta de opt.can.cap.3. nu.92.
Nauarr.in conſ.43.de ſimonia.

Ampliatur tertiò, vt fortiùs proce-
dat in preſcriptione immemorabili, vel
conſuetudine, *l.ſi quis diutino, ff ſi ſerui-*
tus vendicetur l.hoc iure,§.ductus aquæ, ff.
de aqua quotidiana, & æſtiua, Menoch.de
arbitr.caſu 43.n.2. Nauarr.in conſ.4. de
iure patronatus lib.3. Dominus Iulius Ca-

ponus veſpertinæ lectionis iuris ciuilis interpres profundiſſimus in ſuo doctiſſimo tr. de pactis.& ſtipul.q.36.n.2.

Ampliatur quartò, temporis imme-
7 morialis, præſcriptio idem operatur,
quòd titulus, *Ripa in c.cum eccleſia n.49. de cauſ propr.& poſſeſſ cap.1. de præſcriptionibus lib.6. Rouin.in conſ.115.lib.4.*

Ampliatur quintò, vt poſſit etiam patronus præſentare ad cappellas per
8 eum dotatas, & omnia alia iura exercere, quòad honores, & vtilitates, *cap.piæ mentis c.Frigentius 16.q.7.glo. in c.nobis in verbo cappella de iure patronatus.*

Et præſentare ad canonicatus;& omnia beneficia per eum dotata, *Nauarr.in conſ.2.de iure patronatus.*

Ampliatur ſextò, licèt fundans, conſtruens, & dotans, collegialem eccleſiã
9 mero iure inſpecto præſentandi, Prælatum non acquirit, *vt in c. Maſſana, & c. ſacroſancta de electione.*

Poteſt tamen ex pacto, & conceſſione Epiſcopi, vel ab eo, qui hoc ius concedere poteſt acquirere ius præſentandi in collegiali eccleſia, *Io.Andr.in c.1. de electione lib.6.Card.in clem. plures ;. §. vlt.de iure patronatus, Rochus in d.tract. in verbo in eccleſia q.34.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus poteſt intereſſe electioni, vel præſentationi cum clericis.*
2 *Laicus eſt capax electionis cum clericis.*
3 *Aſſenſus patroni laici poteſt interuenire in electione, vel poſt præſentationem, vel electionem.*
4 *Laicus compatronus poteſt contradicere proponendo iuſtam contradictionis cauſam, tam in ordine electionis, quàm circa perſonam electam.*
5 *Contradictor, quando habet iuris fomentum debet audiri.*
6 *Quando laici patroni imploratur aſſenſus in electione, & non vult conſentire ſine legitima cauſa, contradictio non obſtat.*

QVAESTIO XV.

An, & quando laicus intereſt in electione cum clericis poſſit contradicere.

PRima concluſio: patronus laicus quãdo intereſt electioni, vel præſenta-
1 tioni cum clericis, ex ſpeciali iure à Sũmo Pontifice, vel ab Epiſcopo, vel ab eo, qui hoc ius concedere poteſt, *c. Abbatem, 18.q.2.c.princip.68.diſt.*

Nam hoc ius poteſt cadere in laicũ
2 ex iure ſpeciali, *glo. in c. decernimus, in verbo offerant 16.q.7. Abb.in c.ad ſupplicationem, n.9. de renunciatione, Guid. Pap.deciſ.374. n.12.* & ibi *Add. prope finem.*

Ampliatur primò, aſſenſus patroni
3 laici poteſt in electione, vel poſt electionem, vel præſentationem interuenire, *cap.cura*, & ibi *Abb.de iure patronatus, Cald.in conſ.4.de electione.*

Ampliatur ſecundò, laicus compa-
4 tronus poteſt contradicere proponendo iuſtam contradictionis cauſam, tam in ordine, quàm circa perſonam electã, *Add. ad Abbat. in c. nobis de iure patronatus, add.ad deciſ.Guid.Pap.deciſ.374. Angel.de legitimo contradictore.*

Ampliatur tertiò, quia debet audiri,
5 quando habet iuris fomentum, *c.1. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu capit. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo in eccleſia q.2.*

Limita, quando laici imploratur aſ-
6 ſenſus, & non vult conſentire ſua contradictio obſtare non debet, *c. Apoſtolicos 18.q.12.*

Dummodò electio ſit ritè, & rectè, & canonicè factam, *glo.in c.ad audientiam in verbo conuenienter de eccl.ædificand.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus conuerſus poteſt electioni, vel præſentationi Prælati ſaltẽ de conſuetudine intereſſe, & eſt capax iurium ſpiritualium*

lium vti perſona eccleſiaſtica.

2 *Laicus poteſt intereſſe electioni, non ſpirituali, quæ fit ad dignitatem ſecularem.*

3 *Clericus ſecularis poteſt habere vocem in capitulo per pactum in fundatione appoſitum, & etiam per priuilegium, vel per conſuetudinem, vel per præſcriptionem, num. 4.*

5 *Laicus poteſt ex priuilegio Papæ habere vocem in electione, vel præſentatione ad dignitatem eccleſiaſticam.*

6 *Summus Pontifex poteſt concedere laico ius conferendi.*

QVÆSTIO XVI.

An laicus conuerſus poſſit interuenire in electione Prælati, an ſit perſona eccleſiaſtica?

LAicus mero iure ſuſpecto non poteſt interuenire in electione Prælati, *vt*
1 *in cap. Maſſana, & c. ſacroſancta de electione.*

Tamen non procedat in laico conuerſo, *gloſ. in cap. ex eo de electione lib. 6.* quia dicitur perſona eccleſiaſtica, *gloſ. in c. 2. in verbo tales de inſtitutionibus.*

Ampliatur primò, in laico conuerſo, qui vti perſona eccleſiaſtica eſt capax iurium ſpiritualium, *c. Saluator 1. q. 3. glo. in d. c. 2. in d. verbo tales.*

Ampliatur ſecundò, in laico cõuerſo, qui vti perſona eccleſiaſtica eſt ca-
2 pax præſcriptionis iurium ſpiritualium, *Abb. in c. 3. de præſcriptionibus, & in c. cũ olim de arbitris.*

Ampliatur tertiò, laicus poteſt intereſſe cum clericis electioni non ſpirituali, quæ fit ad dignitatem ſecularem, & ad locum non eccleſiaſticum, *Card. in c. nobis de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo in eccleſia q. 2.*

3 Ampliatur quartò, clericus ſecularis poteſt habere vocẽ in capitulo regulari per pactũ in fundatione eccleſię appoſitum, *Abb. in c. cum M. de conſtitutionibus.*

Ac etiam per priuilegium, præſcrip-
4 tionem, & conſuetudinẽ, *Rochus in d. tract. in verbo in eccleſia q. 2. in fine.*

Ampliatur quintò, laicus ex priuile-
5 gio Papæ poteſt habere vocem in electione, vel præſentatione ad dignitatẽ eccleſiaſticã, *glo. & DD. in c. ſacroſancta de electione, Nauarr. in conſ. 45. de ſimonia lib. 5.*

6 Ampliatur ſextò, in Summo Pontifice, qui poteſt etiam concedere laico ius conferendi, *c. Adrianus 63. diſtin. Io. Andr. in c. 2. de præſcriptionibus.*

Per ſequentes quæſtiones tractatur, quando plures conueniũt in dotatione eccleſiæ, licèt nõ ex æquis partibus, an omnes ſunt inſolidum patroni.

Et quando dotatur eccleſia dos quanta debet eſſe, cum alijs quæſtionibus ad materiã pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *Si plures conueniant, & dotem aſſignant eccleſia, & conferant, licèt non æquis partibus, omnes ſunt æquè patroni, tam ille qui plurima, quàm qui minora contulit, n. 2.*

3 *Alimenta maiora præſtanda ſunt illi, qui maiora, quam qui minora contulit, ſi ambo patroni ad inopiam reducuntur, & quæ ſit ratio, n. 4.*

5 *Alimenta præſtanda ſunt maiora illi, qui maiora, & plurima contulit, conſiderata generis qualitate patroni quantitate bonorum eccleſiæ collatorum viribus, & oneribus beneficij.*

6 *Nobilis, quando præſtanda ſunt alimenta, debent præſtari ſecundum decentiam ſtatus in domo propria, & honeſtè.*

QVAESTIO XVII.

An, & quando plures patroni conueniunt, & dotem aſſignant, & conferunt,non tamen ex æquis partibus,an omnes ſunt æquè patroni?

PRima concluſio:ſi plures conueniunt,
& dotem aſſignant eccleſiæ, & con-
1 ferunt,licèt non ex æquis partibus,om-
nes ſit æquè patroni,tã ille, qui maiora
2 quã qui minora cõtulit,*Iun.in c.1.de iure
patronatus glo.in c.in ſumma 63. diſt.Ho-
ſtienſ. in sũma de iure patr.§.qualiter trãſ-
feratur verſ.quid ſi plures,Rochus Curtius
in tract.de iure patronatus in verbo eccle-
ſia qu.3. Præſid.de Franch.dec.85.n.2.*
Secunda concluſio: licèt omnes ſunt
æquè patroni tam ille, qui plurima,quã
qui minora contulit, tamen quoad ho-
nores,& vtilitatem,magis eſt aſtricta ec-
cleſia illi, qui plurima, quàm qui mi-
nora contulit, *Anchar. in conſil.342.* &
maiori dignus eſt honore, *Paul. de Ele-
zar.in c.nobis de iure patronatus.*
Ampliatur primò, maiora alimenta
3 præſtanda ſunt illi, qui maiora, quàm
illi,qui minora contulit,ſi ambo ad ino-
piam deuenerint, *Hoſtienſ.in ſumma de
iure patronatus, §. qualiter transferatur,
verſ.ſed quid ſi plures*
Ratio eſt, quia ex plurimi collatione
maior demonſtratur affectio eccleſiæ,
4 & ideò ad maiora antidota obligatur.
facit, *l.quicumque d.q.2. Io:Lup. de dona-
tionibus inter virum, & vxorem in c.per
tuas notab.67.*
Ampliatur ſecundò, alimenta præ-
ſtanda eſſe conſiderata generis quali-
5 tate patroni,cui debent præſtari, quan-
titate bonorum collatorum, viribus, &
oneribus beneficij, vel eccleſiæ, *Abbas
in c.cum haberent,*de eo qui duxit in ma-
trimonium, quàm polluit per adulteriũ,
*Manſen. in tract. de cauſis exequutiuis,
ampliat.21.n.2.*
Hinc eſt, quòd quando nobili præ-
ſtanda ſunt alimenta à ſua patronata
6 eccleſia, non expectandum eſt, vt men-
dicet, ſed debent præſtari ſecundum
decentiam ſtatus, & honeſtè in domo
propria conſideratis eccleſiæ viribus, &
quantitate bonorum collatorum, facit,
*tex.in l.cum alimenta, ff. de alimentis, &
cibarijs legatis, l.quæro,ff. de iure dotium,
Aloyſ.Ricc.dec.291.tom.1.Menoch. de ar-
bitr.lib.2.caſu 103.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Dos, quæ à patrono conferetur eccleſiæ, de-
bet eſſe congrua, attenta dignitate, &
numero miniſtrorum, qui eccleſiæ mini-
ſtrare debent, & debet habere reſpectu,
quod clerici inſtituti poſſint decenter vi-
uere, num.2.*
3 *Parochialis eccleſia, quando dotatur dos,
debet eſſe tanta, quòd ibi poſſint eſſe
Rector cum vno clerico ad minus, n.4.*
5 *Monaſterium quando dotatur per patro-
nũ, dos debet eſſe tanta, quòd presbyte-
ri, decani, cantores, & lectores poſſint
eſſe; idem quando dotatur eccleſia col-
legialis, n.6.*
7 *In omnibus, in quibus certa regula dari
non poteſt iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Dos conſideratur ſecundum perſonæ qua-
litatem.*

QVAESTIO XVIII.

An, & quando dotatur eccleſia, dos quanta debet eſſe?

PRima concluſio: dos,quæ à patrono
confertur eccleſiæ, debet eſſe con-
grua attenta dignitate, & numero mi-
1 niſtrorum, qui in eccleſia inſeruire de-
bent, *arg c.propoſuit de filijs presbyteror.
c.illud,7.q.1.Theſaur.dec.292.n.1.Amẽd.
add.ad Præſid.de Franch.dec.217.Nauarr.
in conſ.42.de ſimonia lib.5.Menoch. de
arbitr.caſu 169.lib.2.n.21.Azor. inſtitut.
moral.lib.6.c.9.q.2.*
2 Ampliatur primò, quia debet haberi

re-

reſpectus, quòd clerici inſtituti poſſint ibi decenter viuere,& ſoluere iura Epiſcopalia, & alia onera ſubire, *c. de monachis de prabendis, glo. in cap. Epiſcopus in verbo neceſſaria de prabend. & dignitatibus, Barboſ. de off. parochi c.2.p.1. nu. 22. Dom. Iulius Caponus in ſuis doctiſſimis lectionibus de pactis, & ſtipulationibus qu. 31. num.4.*

3 Ampliatur ſecundò, ſi dotatur monaſterium, dos debet eſſe tanta, quòd presbyteri, Decani,& Subdiaconi, cantores, & lectores, poſſint eſſe, prout traditur per *Bald. in auth. ſed tam neceſſe, c. de donationibus ante nuptias, Card. in cap. quoniam de iure patronatus,*

4 Et idem, quãdo dotatur eccleſia parochialis, dos debet eſſe congrua, vt ibi poſſit eſſe,& viuere Rector ſaltem cum vno clerico ad minus, & ſoluere iura Epiſcopalia, *c. 2. de ſuppl. neglig. Pralat. Azor. inſtitut. moral. lib. 6. c. 294.2.*

5 Ampliatur tertiò, idem quando dotatur eccleſia collegialis, dos debet eſſe congrua ſecundum numerum collegiatorum, *c. 1.* iuncta *gloſ. de electione, Menoch. de arb. caſu 216. lib. 2. Azor. inſtit. moral. lib. 8. c. 12. q. 15. Dom. Reg. Galeota in iuris reſponſo, ſiue conſilio, pro Reg. Fiſco contra Marchionem Paduli, n. 15.*

6 Declaratur, quia in hoc certa regula ſtatui non poteſt, & ob id iudicis arbitrio relinquitur, ad quem ſpectat concedere ius patronatus, qui dotem ſtatuere debet conſideratis qualitatibus enumeratis, *c. cum ſicut*, & ibi *Abb. de cõ-*

7 *ſecr. eccl. vel altaris*, facit, *cap. de multa de prabendis, Dom. Caponus in d. tract. de pactis, & ſtipul. q. 3. n. 4. & 5.*

8 Hinc dixit, *Gemin. in conſ.* 85. dotem conſiderandam eſſe ſecundum perſonæ qualitatem, facit, *l. quaero, ff. de iure dotiũ, Gigas in tract. de penſione q. 25. Theſaur. dec. 93. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi pluribus haredibus inſtitutis, vni eorum iuſſerit proprijs ipſius impẽſis eccleſiam conſtruere, omnibus haredibus ius patronatus acquiritur.*

2 *Hares, qui nomine teſtatoris eccleſiam cõſtruxit, eius hareditati acquiritur, & omnes ſunt aquè patroni.*

3 *Teſtator poteſt grauare vnum haredem ad ſoluenda legata, & debita vniuerſitatis.*

4 *Marito adificante eccleſiam ex communi pecunia cum vxore, ius patronatus tam haredibus viri, quàm vxoris acquiritur.*

QVAESTIO XIX.

An, & quandò teſtator pluribus hæredibus inſtitutis, vni eorum iuſſerit proprijs impenſis eccleſiam conſtruere, an ius patronatus omnibus hæredibus acquiratur?

Prima concluſio: teſtator ſi pluribus hęredibus inſtitutis, vni eorum iuſſe-
1 rit proprijs ipſius impenſis eccleſiam conſtruere, eaque fuit constructa, mortuo teſtatore non tantum hæredi eccleſiam conſtruenti, vel ædificanti, & ex ea cauſa ius patronatus eſt acquiſitum, ſed omnibus hæredibus ius patronatus acquiritur, *ſexto. eſt in l. hus conſequenter, §. 1. ff. fami. hercisc. Bal. in rub. res inter alios acta.*

2 Et ideò hæres, qui nomine, & mandato teſtatoris eccleſiam cõſtruxit, eius hæreditati ius patronatus acquiritur, & omnes ſunt æquè patroni, *Couarr. lib. 1. variar. reſol. c. 19. n. 15.*

3 Ampliatur primò, quia teſtator poteſt, quem honorauit inſtituendo hæredem grauare ad conſtruendam eccleſiam, & ad ſoluenda legata, & debita vniuerſitatis, *Afflict. deciſ. 113.* & quod ibi, *Vrſill. add.*

4 Ampliatur ſecundò, marito ędificante eccleſiam tam ſuo, quàm vxoris nomine ex communi pecunia eccleſiam dotante, id ius ſuæ vxori, & eo mortuo, & ſoluto matrimonio habet vxor ius pa-

patronatus, & in eius hæredes tranſit, *Io: Lup.de donat.inter virum, & vxorem num.*37. quem citat, & ſequitur *Couarr. lib.*1.*variar.c.*19.*n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Patronus, qui eccleſiam conſtruxit, tenetur ad congruè eam dotandam.*

2 *Patronus ex debito, tenetur eccleſiam dotare.*

3 *Eccleſia non eſt conſecranda per Epiſcopũ, niſi competens dos ſit aſſignata.*

4 *Pater tenetur ad congruè filiam dotandam.*

5 *Frater tenetur dotare ſororem vtrinque coniunctam, vel conſanguineam, ac etiã vterinam, n.*6.

7 *Frater de fructibus beneficij tenetur dotare ſororẽ, & eam alere antequam nubat, & ad iocalia, & ad veſtes, ac etiam de fructibus feudi.*

8 *Patronus poteſt compelli ad eccleſiam dotãdam, ſed vrbaniter, n.*8. *& poteſt cogi etiam hæres.*

9 *Hæres cum defuncto vna perſona cenſetur.*

QVÆSTIO XX.

An patronus teneatur eccleſiam conſtructam dotare?

PRima concluſio: patronus, qui eccle-
ſiam conſtruxit, tenetur ad congruè
1 eam dotandam, *c. cum ſicut de conſecrat. eccl.vel altaris, Abb.in conſ.*106.*p.*2.*Anania in conſ.*24.*Cald.in conſ.vlt.de iure patronat.Nauarr.in conſ.*43.*n.*14.*de ſimonia lib.* 6.

Ampliatur primò, quia ex debito te-
2 netur fundator eccleſiam, quàm de non eſſe, ad eſſe produxit eam dotare, *Barboſ.de off.parochi c.*1.*n.*4. ſicut pater, qui filiam de non eſſe, ad eſſe produxit, tenetur eam dotare, & alimentare, *l. qui liberos, ff.de ritu nuptiarum, de Franchis dec.*176.*n.*2.*Rochus Curtius in tract. de iure patronat.in verbo, & conſtruxit q.*2.

Ampliatur ſecundò, nec eſt conſe-
3 cranda per Epiſcopum niſi competens, dos ſit aſſignata, *glo.in d.cap. cum ſicut in verbo conſecranda, Abb. in conſ.*106. *p.*1. *c.pia mentis* 16.*q.vlt.c.placuit* 1.*q.*5.*Barboſ.in d.tract.cap.*1.*n.*91.

Ampliatur tertiò, in patre, qui tene-
4 tur ad congruè filiam dotandam ſecũdum conditionem natalium, conſideratis patris qualitate, & mariti habita ratione ad numerum liberorum, & conſuetudinem regionis aliarum mulierũ in familia nuptarum, *l.quæro, ff. de iure dotium, Ripa in l.*1.*ff.ſolut.matrimonio, Peregrin.de iure fiſci lib.*2.*cap.*88.*Amend. add.ad Præſid.de Franchis dec.*178.*n.*5.

Ampliatur quartò, idem in fratre, qui tenetur dotare ſororem vtrinque con-
5 iunctam, vel conſanguineam, ſi nõ habet, vndè ſi nubat, *Triuiſan.deciſ.Venet.* 14.*& in dec.*22.*vol.*1. quẽ citat *Amend. add.ad Præſid.de Franchis dec.*178. *citat Theſaur.dec.*192.

6 Ampliatur quintò, idem in ſororẽ vterina, quàm tenetur dotare frater, ſi ſit pauper, & frater diues ex ordinata charitate, qua tenemur noſtris ſubuenire, *arg.l.Præſes de ſeruit. & aqua, add. ad deciſ.Guid.Pap.*46.*in fine in verbo frater, Amend.add.ad Præſid.de Franch. dec.*87. *num.*9.

Ampliatur ſextò, idem in fratre, qui de fructibus beneficij tenetur dotare
7 ſororem maritando, & etiam alere antequam nubat, & tenetur ad iocalia, & ad veſtes, *Theſaur.*192.*Tiraq.in tract. de iure primig.q.*62.*n.*50.*& ſeq.*

Ampliatur ſeptimò, idem in fratre, qui de fructibus feudi tenetur dotare ſororem, *Cacher.deciſ.*167.*n.*4. *Menoch. de arbitr.caſu* 188.*nu.*67.*Amend. add. ad Præſid.de Franch.dec.*73.*n.*23.

Ampliatur octauò, poſſe etiam patronum compelli ad eccleſiam dotandã
8 *Abb.in c.quoniam de iure patronatus, Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo, & dotauit q.*4.

Sed vrbaniter, ea ratione, quia eum ex mera liberalitate proceſſit, non debet eum ſummo iure procedi contra

ec-

eccleſiæ conſtructorem, facit, *l.ne ex liberalitate, ff.de re iudicata, de Laurentijs deciſ.Auen.179.n.14.*

Ampliatur nonò, poſſe etiam cogi
conſtructoris hæres ad eccleſiam dotã-
dam, *glo.in d.c.cum ſicut in verbo conſe-*
cranda, nam hęres cum defuncto vna
9 perſona cenſetur, *l.haeredem, ff.de reg.iu-*
ris, & eiuſdẽ potentiæ, & iuris debet eſ-
ſe, cuius defunctus erat, *Marcus Anton.*
de Bardis in tract.de temp.vtile, vel conti-
nuo cap.12.n.2.inſignis Dom. Regens de
Marinis in ſuis eruditiſſimis lectionibus
lib.1 reſol.quotid.cap.26.n.8.Dom. Iulius
Caponus de pactis, & ſtipulationibus q.50.
num.4.

SVMMARIVM.

1 Ius patronatus non acquiritur per modicã dotem eccleſiæ aſſignatam.

2 Modicum non eſt in conſideratione.

3 Feudum, quando eſt modicum iuramentũ fidelitatis non præſtatur.

4 Vaſſallus licet grauari poſſit, & collectari quando dominus graui bello, vel neceſſitate præmitur, non tamen quando feudum eſt modicum.

5 Qui non poteſt ſoluere, licèt debet luere in corpus, non tamen quando debitũ eſt modicum.

6 Conſuetudo ſeruat, quòd etiam per modicã dotem acquiritur ius patronatus in beneficijs tamen ſimplicibus.

7 Prælatus ſi eccleſiam conſecrat ſine dote, tenetur de proprio dotare.

8 Epiſcopus ſi clericum ordinat ſine titulo, tenetur aſſignare prouentus, vt poſſit, viuere, & quomodo, n.9.

QVÆSTIO XXI.

An per modicam dotem ius patronatus acquiritur.

PRima concluſio: per modicam dotem
aſſignatam eccleſiæ ius patronatus
1 non acquiritur, *Abb.in cap.quod ſicut de*
conſecr.eccl.idem in c. de monachis de præ-
bendis, Regens de Marinis lib.1.reſol.quo-
tidian.c.55.n.5.

Ius patronatus, acquiritur dote congrua eccleſiæ aſſignata, *Nauarr.in conſ. 43.n.14.de ſimonia lib.5. Abb.in conſ.96. prim.par.*

Ratio eſt, quia modicum non eſt in
2 conſideratione, *l.ſcio, ff. de in integrum*
reſtitutione, Ripa in l.ſi vnquam C.de reuo-
cand.donationibus.

Ampliatur primò, quando feudum
3 eſt modicum iuramentum fidelitatis nõ
præſtatur, *Afflict.in præludijs feud.n.91.*
Regens Galeota in iuris reſponſo pro Regio
Fiſco contra Marchionem Paduli n.8.

Ampliatur ſecundò, licèt vaſſallus
4 grauari, & collectari poſſit cum domi-
nus graui bello, vel alia neceſſitate prę-
mitur, *Menoch.de arbitr.caſu 164.lib.2.*
nòn tamen quando feudum eſt modi-
cum, *Afflict.in præludijs feud.n.42.*

Ampliatur tertiò, licèt, qui non po-
5 teſt ſoluere luere debet in corpus, *l.1.ff.*
de in ius vocando, non tamẽ quando de-
bitum, & modicum, *Pariſ.de ſyndicatu*
in verbo licèt, Menoch.de arbitr.caſu 214.
lib.2.

Hinc eſt, quòd princeps poteſt in modico lædere ius tertiæ, & pactis, *Natta in conſil.144. Theſaur.deciſ. 263. num.3.*

Limita primò, id quod dictum eſt in
dote, quæ debet eſſe congrua procède-
dere in parochialibus, & collegiatis, ſe-
cus autem in beneficijs ſimplicibus, nã
6 conſuetudo ſeruat, quòd etiam per mo-
dicam dotem acquiritur ius patronatus,
ſed malè faciunt Epiſcopi, *Rochus Cur-*
tius in tract.de iure patronat.in verbo, &
dotauit q.7.

Limita ſecundò, ſeù potius declara,
quia ſi Prælatus eccleſiam conſecrat ſi-
7 ne dota aſſignata, tenetur ipſe eccleſiã
dotare, *Abb.in c.quoniam de iure patrona-*
tus, ſicut clericum, quem ordinat abſq;
titulo, vel patrimonio, tenetur eidem
8 aſſignare prouentus, vndè honeſtè poſ-
ſit viuere, *cap. cum ſecundum de præben-*
dis.

Dummodò ſine eccleſiæ læſione hoc fa-

facia, aliàs nõ tenetur, niſi haberet proprium, *c.ſi Epiſcopus 16.q.7.* quia delictũ perſonæ non nocet eccleſiæ, *c. venerabilis de exceptionibus.*

Per ſequentes quæſtiones tractatur, an Iudæus, infidelis, hæreticus, excommunicatus poſſint ius patronatus acquirere. Et an poſſint præſentare eligere ad beneficia vacantia cum alijs quæſtionibus ad materiã pertinentibus?

SVMMARIVM.

1 *Conſtruens dotans, vel fundans, vel eccleſiam debet eſſe fidelis, & de ouili ſancta Romana eccleſia.*
2 *Nemo poteſt cappellam, vel oratorium, vel eccleſiam conſtruere ſine Ordinarij conſenſu.*
3 *Iudæi, & infideles ſunt ab eccleſia Dei extorres.*
4 *Infamibus ad honores, & dignitates aditus patere non debet.*
5 *Hæretici ſunt infames.*

QVÆSTIO XXII.

An Iudæus, Infidelis, vel Hæreticus, poſſint ius patronatus acquirere?

FVndantibus, & conſtruentibus, vel dotantibus eccleſiam ius patronatus licèt ab Epiſcopo cõcedatur, *c.quoniam de iure patronatus, Rochus Curtius in tr. de iure patronatus, in verbo, & conſtruxit q.2. Azor inſtitut. moral. p.1. lib.8. cap.13. quæſt.2.*

Tamen conſtruens, vel fundans, vel
1 dotans, debet eſſe fidelis, & de ouili sãctæ Romanæ Eccleſiæ, *cap. frequentius*, iũcta *gloſ. 16.q.7. Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo competens qu.8. Sanctarell. de hæret. cap.28.n.12.*

2 Hinc eſt, quòd ſine Ordinarij conſenſu nemo poteſt cappellam, oratoriũ, vel eccleſiam conſtruere, *cap. nemo de conſecrat. diſt.1. Abb. in conſ.91. vol.2. Nauarr. in comment. de ſpolijs cleric. §.2.*

3 Iudæi, & infideles ſunt ab eccleſia Dei extorres, *c. ad hæc de Iudæis*, & ſunt infames, *c. ad abolendam de hæreticis.*

Et ius patronatus cum ſit honor, *cap. nobis de iure patronatus*, infamibus ad honores, & dignitates aditus patere non
4 debet, *c. infamibus reg. iuris, Ruding. variar. lect. feudal. c.51. Sanctarell. in d. trac. cap.28.n.13.*

Hæretici ſimiliter sũt ab eccleſia Dei
5 reciſi, & ſunt infames. *c. cum ſecundum de hæreticis lib.6.* & nil habent in bonis, nã omnia ſunt per apoſtaſiam confiſcatam *d. c. cum ſecundum de hæret.*

Et ideò ius patronatus acquirere nõ poſſunt, *Sanctarell. in d. trac. c.28.* ſunt ab eccleſia Dei eiecti, & reciſi, *c. venerabilẽ de electione*, & ſunt eccleſiæ inimici, & eccleſia inimico commendari non debet, facit, quod notat *Feudiſtæ in c.1. de feud. alien. Lapus alleg.96.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi tolerantur in chriſtianitate, & permittitur vti eorum ritibus in ſynagogis propter ſpem de eorum conuerſione, vt reſipiſcant, & ad fidem conuertantur.*
2 *Mala ſocietas corrumpit bonos mores.*
3 *Experientia docet, quod vnus homo malus omnes inficit.*
4 *Societates malæ ſunt extirpandæ, & euitandæ.*
5 *Incorruptus quomodo permanere debeat, ſi cum corruptis ſociatur.*
6 *Qualiſquiſque eſt talium ſocietate delectatur.*

QVÆSTIO XXIII.

Iudæi, qua de cauſa tolerantur in chriſtianitate,

Iu-

IVdęi tolerãtur in chriſtianitate,& permittitur vti eorum ritibus in ſynagogis
1 propter ſpem de eorum conuerſione, vt reſipiſcant, & ad fidem conuertãtur, *c.qui ſincerè, 45.diſt.*

Et Iudæi amandi ſunt, quia noſtræ naturæ participes ſunt, & pro eis orandum, *Thorus de priuileg. cauſæ pia add.ad Tiraquell.priuil.74.*

Et licet pro eis orandum, vt ad fidem conuertantur tamen prohibetur conuerſatio, *Thorus in dict. tractat. priuil.162.*

Quia ſocietas mala corrumpit bonos
2 mores, *c.omnes 28.q.1.*& prohibetur cũ talibus conuiuia facere, *c.Et ſi malorum 18.q.1.Leo.in prax.fori eccleſiaſtici par.1. cap.1.n.17.idem in par.2.c.1.n.16.*

Hinc in dies experientia docet, quòd vnus homo malus poteſt inficiare, &
3 corrumpere Ciuitates, Prouincias, & Regna, *gloſ.in c.reſecanda 24.q.1.in verbo totum, Albertin. in tract.de hæreticis quæſt.22.*

Et euitandæ ſunt malę ſocietates, tãquam peſtis, ex qua naſcitur omne ve-
4 nenum, *Abb.in c.ad hæc de Iudæis,* & ex mala conuerſatione, quis etiam bonus efficitur malus, *Laud.in tract.de Principe, §.nonò.*

5 Et quomodo quis incorruptus permanere poteſt, ſi cum corruptis ſocietur, *De Laurentijs deciſ.Auen.30.Thorus in d.tract.priuil.164.*

6 Hinc philoſophus dixit, qualiſquiſq; eſt talium conuerſatione delectatur, *glo. in c.omnes in verbo balneas 24. quæſt. 1.*

Ideò laudibus eſt extollẽdus Magnificus Iulius Cardamomus meus præceptor conciuis meus, qui docuit, & imbuit me bonis moribus, & humanis literis, præceptor fuit doctus, grauiſq́, honeſtus Religioſus me, & omnes ſcholares docebat cum vigilantia nullo parcebat laboris eius memoria in benedictione ſit, ſuperſtes Doctor Perſius Cardamomus eius filius, patri ſimilis.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatus maiori ex excommunicatione ligatus, & denunciatus, ius patronatus acquirere non poteſt.

2 Excommunicatus excommunicatione durante priuatus eſt iuribus actiuis, & paſſiuis.

3 Excommunicatus poteſt optare, & acceptare, & excommunicatus minori, poteſt ius patronatus acquirere, nu.4. & ſimiliter occultus, & toleratus, n.5.

6 Acta facta ab excommunicato occulto, vel tolerato, valida ſunt.

7 Electio facta ab occulto excommunicato, vel tolerato, valida eſt, etiam ſi hoc, qui cum ipſo elegerunt ſciuerint eſſe excommunicatum, n.8. dummodò non ſit notorius clerici percuſſor, n.9.

QVAESTIO XXIV.

An excommunicatus poſſit ius patronatus acquirere?

PRima concluſio: excommunicatus maiori excommunicatione ligatus,
1 & denunciatus, ius patronatus acquirere non poteſt, *cap.decernimus de ſent.excomm.lib.6.c.conſtitutis, el primo de appellationibus, Rochus Curtius in tract.de iure patronatus in verbo competens q.3. Couarr.in c.Alma mater prim.par.§.ſeptimo de ſent.excomm.lib.6.*

Ratio eſt, quia excommunicatus excommunicatione durante, priuatus eſt
2 iuribus actiuis, & paſſiuis, *Hoſtienſ. in c. non liceat de præſcriptionibus, Guid. Pap. dec.416. in fine, Maſcard. de probationibus concl.302.Moneta de opt.can.lib.2.c.6. num.19.*

Limita primò, vel declara, ſi excommunicatus fuit ad iuris patronatus conceſſionem admiſſus, acquirit id ius, *Rochus Curtius in tract de iure patronatus in verbo competens q.2.non tamen eius exercitium, Ant.Gabriel in tract.comm. concl. ſiue regul.in tit.de probationibus lib.1.concl.3.n.43.*

Hinc eſt, quòd excõmunicatus po-
3 teſt optare, & acceptare, *Moneta in d. tract.c.4.n.19.Caſſad.deciſ.7. de prabend. Gigas in tract.de penſ.q.63.Couarr.in dict. c.Alma mater 1.par.§ ſeptimo, n.14.Sayr. de cenſuris lib.2.c.6.n.15. Aeneas de Falconibus in tract.de reſeruat.q.1. effectu.5.*

Ratio eſt, quia excommunicatus poteſt ea, quæ ſunt facti per quæ ſolùm voluntas declaratur, *Rebuff. in c.poſtulaſtis n.151.de cleric excomm.miniſtrante, Pariſius in c.dilecti de exceptionibus, Moneta in d.tract.c.4.n.28.*

4 Limita ſecundò, in excommunicato minori excommunicatione, qui poteſt ius patronatus acquirere, eligere, vel præſentare, nominare, & poſtulare, *Borell.add ad Bellug.in ſpecul.princ.rub.* 45. §. *quamuis, Marcus Antonius Cub. lib.3. tit.15.*

Limita tertiò, in excommunicato occulto, vel tolerato, qui poteſt ius patro-
5 natus acquirere, eligere, & præſentare, *Innoc.in c.dilectus prope finem de conſuetudine, Abb.in c.excommunicato nu.8. de reſcriptis.Nauarr.in conſ.23. de ſentent. excommunic.*

Hinc eſt, quòd acta facta ab excõ-
6 municato occulto, vel tolerato, valida ſunt, *Innoc.in c.ſi verò de ſent. excomm.* & omnes actus valebunt ratione publici officij, *Felyn.in cap.1. de tregua, & pace, Nauarr.in manual.c.2.n.2.Sayr. de cenſuris lib.2.c.5.n.33.*

Limita quartò, in electione facta ab
7 communicato, occulto, vel tolerato, quæ valet ſicut, & præſentatio, & nominatio, & poſtulatio, omneſque actus valebunt, *Nauarr.in conſ.43. de ſent. excõmunic.*

Amplia limitationem, etiam ſi hoc,
8 qui cum ipſo elegerunt, ſciant eſſe excommunicatum, *Sayr. de cenſuris lib. 1. c.5.nu.36.& extat extrauag. ad euitanda ſcandala,* quam citat *Say.loc.cit.*

9 Dummodò non ſit notorius clerici percuſſor, *Sbrozz.de off.Vic.q.17. n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus eccleſiaſticus maiori excommunicatione ligatus, & denunciatus validè non præſentat.*

2 *Præſentatio eccleſiaſtici vim habet electionis.*

3 *Iura, quæ loquuntur in electione, habent locum in præſentatione.*

4 *Ex præſentatione eccleſiaſtici ius acquiritur præſentato.*

5 *Collatio facta ab Epiſcopo excommunicato denunciata non eſt valida.*

6 *Excommunicatus ad officium iuriſdictionis eligi non poteſt.*

7 *Prælatus excommunicatus, beneficia conferre non poteſt.*

8 *Vicarius Epiſcopi excommunicati beneficia conferre non poteſt.*

9 *Epiſcopo in excommunicatione durante, vel permanente Vicarij iuriſdictio ſuſpenſa eſt.*

10 *Epiſcopus, & vicarius vnum, & idem faciunt tribunal.*

11 *Prælatus occultus, vel toleratus, poteſt inſtituere, & conferre.*

12 *Capitulo ſede vacante excommunicato, nõ eſt ſuſpenſa iuriſdictio Vicarij.*

QVAESTIO XXV.

An præſentatio facta à patrono eccleſiaſtico valida ſit?

Prima concluſio, patronum eccleſiaſticum maiori excommunicatione
1 ligatum, & denunciatum, validè non præſentare tradidere, *gl.a.in c. fin.in verbo electione lib.6.Marian.in c.ſacris n. 92. de ſent.excomm.Vgolin.de eccleſiaſt.cenſuris tabul.2.c.13.§.2.n.12.Rebuff.in c. poſtulaſtis n.92.de cleric.excommunic. miniſtrante.*

Quos ego ſequor, quia præſentatio
2 eccleſiaſtici vim habet electionis, *c. ſuper his de accuſationibus, Arg. eorum quæ notantur in c.cum autem, & in c.nobis de iure patronatus, Moneta de optione canoni-*

ca

ca c.4.n.35. Sayr. de cenſuris lib.2. cap.6. num.15.

Ampliatur primò, quia iura, quæ loquuntur in eccleſiaſticis in electione,
3 locum habent etiam in præſentatione, *Couarr. in c. Alma mater 1.par.§.2. nu.1. de ſent.excomm. Vgolin.loco cit.*

Hinc eſt, quòd ex præſentatione ec-
4 cleſiaſtici ius acquiritur præſentato, *De Franchis deciſ.539. Mareſcott. variar. reſolut.lib.1.c.52.n.23.*

Ampliatur ſecundò, collatio benefi-
5 cij facta ab Epiſcopo excommunicato, denunciatio non eſt valida, *c.cum inter de electione, Moneta de opt. canon. cap.4. n.21. Sayr. de cenſuris lib.2.c.6.n.19. Caſſad.dec.7.de præbendis.*

Ampliatur tertiò, excommunicatus
6 ad officium iuriſdictionis, ſiue adminiſtrationis eligi non poteſt, *Add.ad Abbat. in c.duobus de appellationibus, Ripa in conſ.21.de reſcriptis, Rot.Rom. deciſ.5. de ſent.excomm.in antiquis.*

Ampliatur quartò, nec etiam præſentatum inſtituere poteſt, *c.conquerente de off.Ordinarij, Ant.Gabriel.comm.concluſ. in tit.de probation.lib.1.concl.8. num.93. Sbrozz.de off.Vic.q.96.lib.2. Sayr. de cenſuris lib.2.c.6.n.10.*

Ampliatur quintò, Prælatus excommunicatus denunciatus conferens be-
7 neficium efficitur irregularis, *Abb. in c. 1.n.31. de poſtulat.Prælat. Sbrozz. de off. Vic.lib.2.q.17.per totam.*

Ampliatur ſextò, in Vicario Epiſco-
8 pi excommunicati denunciati, qui beneficia conferre non poteſt, *Abb.in cap. quoniam de off.deleg.* quia iuriſdictio ſuſpenſa eſt, Epiſcopo in excommunica-
9 tione permanente, *c. Romana de appellationibus lib.6.*

Ratio eſt, quia Epiſcopus, & Vica-
10 rius faciunt vnum, & idem tribunal, *Abb.in conſ.21.¶1.par.* faciunt vnum, & idem conſiſtorium, *Sbrozz.de off.Vicar. lib.2.q.55. n.16. Io: de Lignan.de eccleſiaſticis cenſuris q.4.n.25.*

Limita primò, in occulto excommu-
11 nicato, vel tolerato, quia ſi ſubſtinetur Prælatus in excommunicatione, poteſt conferre, & inſtituere, *Inn. in c. ſi verò de ſent.excomm. Nauarr. in conſ.23. de ſent.excommun. idem in conſ.35. eodem titulo.*

Limita ſecundò, in Vicario capituli
12 ſede vacante, quia ſi capitulum eſt excommunicatum, non eſt ſuſpenſa iuriſdictio Vicarij, *Pauin.de off.& poteſtate capit ſede vacante 2.par.q.10. Sbrozz.de off. Vicarij lib.2.q.7. n.10.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ab excommunicato denunciato non eſt valida, nec etiam conualeſcere poteſt poſt abſolutionem obtemptam, n.2. etiam ſi detegatur poſt ſententiam, n.3.*

4 *Exceptio excommunicationis in qualibet parte iudicij opponi poteſt, etiam ſi ſcienter fuit omiſſa, nu.5.*

6 *Per ſimplicem commiſſionem citationis, vel per citationem perpetuatur iuriſdictio.*

7 *Acta facta ab excõmunicato tolerato valida ſunt.*

8 *Inſtrumentum confectum à Notario excommunicato validum eſt.*

QVÆSTIO XXVI.

An ſententia lata ab excommunicato ſit valida?

Prima concluſio: ſententia lata ab excommunicato denunciato, non eſt
1 valida, *c.excommunicamus, §.credentes de hæreticis, Ant.Butrius in c. ad probandam de ſent.excomm.& de re iudicata, Felyn.in c.exceptionem, n.13. de exceptionib. Sayr. de cenſuris lib.2.c.5.n.17.*

Ampliatur primò, nec etiam conua-
2 leſcere poteſt poſt abſolutionem obtemptam, *Hypp.in l.fin.iuriſd.omn. iud.& in l.1.n.4.de quæſtionibus, Nauarr. in cõſ. 53.de ſent.excomm. Io: Monachus in c. pia de exceptionibus.*

Ampliatur ſecundò, etiam ſi detega-
3 tur poſt ſententiam, quòd qui eam tulit erat publicè excommunicatus, & de-

nunciatio retractatur ſententia, *d. c. ad probandum, Maranta de ordine iudiciorũ 3. par. membro 5. n. 4. Nauarr. in conſ. 53. de ſent. excomm.*

Ampliatur tertiò, quia hæc exceptio
4 in qualibet parte iudicij opponi poteſt, *c. exceptionem de exceptionibus, Magon. deciſ. Luc. 71. num. 10. Guid. Pap. dec. 329. num. 2.*

5 Ampliatur quartò, etiam ſi ſcienter fuit ommiſſa, *d. c. exceptionem, Sayr. de cẽſuris lib. 10. c. 6. n. 17.*

Limita primò in delegato, quia ſi delegauit cauſam in totum, vel in partem non petit iuriſdictio ſub delegati, ſi eam cauſam ante excommunicationem cœpit cognoſcere de cauſa, *gloſ. in c. vltimo in verbo citatio praceſſit de off. deleg.*

6 Et etiam per ſimplicem citationem perpetuatur iuriſdictio, *Specul. in tit. de iud. deleg. §. reſtat n. 2. Sayr. de cenſuris lib. 1. cap. 2. n. 23. de Franchis dec. 255. num. 3. Guid. Pap. deciſ.* 286. *n.* 4. quia res non eſt integra, *Regens Reuit. in rubr. de reuoc. & ſuſpen. gratiar. in comment. ad prag. Regni num. 19.*

Limita in excommunicato tolerato, quia ſi ſubſtinctur iudex in excommunicatione, & toleratur valet ſententia, *Innoc. in c. ſi vera de ſent. excomm. Nauarr. in alleg. conſ. 53. eod. tit.*

Hinc eſt, quòd acta facta ab excom-
7 municato tolerato, valida ſunt ratione publici officij, *Inn. in c. cum dilectus propè finem de conſuetudine.*

Et teſtamentum, & inſtrumentum
8 confectum à Notario excommunicato occulto, vel tolerato, validum eſt ratione publici officij, *Paryſius in conſ. 39. volum. 4. Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 6. num. 9. Sbrocz. de off. Vic. lib. 2. q. 17. nu. 7. Dom. Io: Baptiſta Longus V. I. D. ſocer meus genere, & eruditione conſpicuus in allegatione pro Ill. Marchionis Vinculatorij D. Frãciſco Longo, impreſſa n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus excommunicatus validè praſẽtat, quia temporalem actum tantùm exequitur, num. 2. & qua ſit ratio, nu. 3.*

4 *Clericus ratione patrimony praſentans ad beneficia reputatur, vt laicus.*

5 *Laicus excommunicatus vti ſuſpectus de fide praſentare non poteſt, & ſi praſẽtat inualida eſt ſententia, n. 6.*

7 *Laicus ſi perſiſterit per annum in excommunicatione, vti hareticus cenſendus eſt.*

8 *Laicus excommunicatus, & anathematizatus praſentare non poteſt, & taliter excommunicatus perdit factionem teſtamenti num. 9.*

QVAESTIO XXVII.

An præſentatio facta à laico excommunicato ſit valida?

Prima concluſio: laicus patronum excommunicatum validè præſentare
1 tradidere, *add. ad Abbat. in c. Nobis de iure patronatus, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum qu. 18. verſ. ſuboritur quaſtio, Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 6. n. 19.*

Quos ego ſequor, quia excommunicatus laicus temporalẽ actum exequi-
2 tur, tanquam cauſa mouens ad beneficium, *Rochus in d. tr. in verbo honorificum q. 3. Vgolin. de eccleſiaſticis cẽſuris tabul. 2. cap. 13. n. 11.*

Ratio eſt, quia quamuis peccat præ-
3 ſentando, eo quòd hominum communione, quæ illi prohibetur vtatur, quia tamen, non id facit ex aliquo officio, ſed vt quid ratione patrimonij, quòd ad ipſum ſpectat valebit præſentatio, *Abb. in c. bona memoria num. 25. de poſtul. Prælat. Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 6. n. 19.*

Ampliatur primò, vt valida ſit præſẽtatio facta à clerico ratione patrimo-
5 nij cum ſit potius facti, quàm iuris, *Moneta de opt. can. c. 3. num. 26. Mandoſ. add. reg. cancell. q. 10. n. 1.*

Ratio eſt, quia quando clericus præſentat ratione ſui patrimonij reputatur, vt laicus, *Gomeſ. de expectatiuis num. 6. Moneta in d. tract. c. 3. n. 26.* & talis præ-

ſen-

ſe:atio facta à clerico eſt expreſſio voluntatis ſuæ, eſt quid facti, & non iuris, & conſequenter valida iudicari debet, *gloſ. in clem. plures in verbo præſentare de iure patr. Alter. de cenſib. tom.* 1 *lib.* 10. *diſput.* 4.

Limita primò, in excommunicato vti ſuſpectus de fide, quia tunc etiam ſi ſit
5 laicus non poteſt præſentare, & ſi præſentat inualida eſt præſentatio, *Albert.*
6 *in tract. de hæreticis q.* 30. *n.* 2. *Abb. in cap. veritatis de dolo, & contumacia.*

Et ſi perſiſterit per annum in excommunicatione, vti verus hæreticus cenſendus eſt, *c. cum contumacia de hæreticis lib.* 6. quia videtur eccleſię claues con-
7 tendere, facit, *cap. accuſatus de hæreticis lib.* 6.

Debet omni honore, quem ab eccleſia conſequutus eſt priuari, *gloſ. in c. ad apoſtolica in verbo hæreſi de ſent. & re iudicata, Nauarr. in conſ.* 53. *n.* 4. *de ſent. & re iudicata, Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 46. *num.* 6.

Limita ſecundò, in excommunicato,
8 & anathematizaro ex forma, *d. c. ad apoſtolica, Paul. Fuſcus Epiſcopus Rauell. in tr. de regimin. viſit. Eccl. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 2.

Ita quòd, taliter excommunicatus perdit factionem teſtamenti, *Io: And. in c. is cui de off. leg.* de qua excommunicatione fuſiùs; *tractat, Paul. Fuſcus in d. tr. c.* 14. *Felician. Epiſcopus Scalenſ. de cenſuris c.* 16. *D. Io: Martinus Salſanus conciuis meus V.I.D. in manuſcriptis p.* 3. *de iuſt. et iur.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus propter grauem iniuriã illatam Cardinali, vel Epiſcopo validè non præſentat.*
2 *Iniuria dicitur atrox ex qualitate facti, et perſonarum.*
3 *Iudicis arbitrio relinquitur, an iniuria ſit leuis, vel grauis.*
4 *Patronus poteſt iure patronatus priuari per atrocem iniuriam illatam Epiſcopo.*
5 *Excommunicatus propter homicidium patratũ in perſonã rectoris eccleſiæ, in qua habet ius patronatus, nõ poteſt præſentare, & poteſt iure patronatus priuari, num.* 6.
7 *Excommunicatio, quando eſt nulla, tunc poteſt excommunicatus præſentare, & procedit tam reſpectu laicorum, quàm eccleſiaſticorum, n.* 8.

QVÆSTIO XXVIII.

An laicus excommunicatus propter grauem iniuriam illatam Cardinali, vel Epiſcopo validè præſentare poſſit?

LAicus excõmunicatus propter iniuriam illatam Cardinali, vel Epiſco-
1 po validè non præſentat, *c. Felicis de pœnis lib.* 6. *c. ſi quis deinceps* 12. *q.* 4. facit, *l. aut facta de pœnis.*

Hinc dicitur atrox iniuria ex quali-
2 tate facti, & perſonarum, *§. atrox de iniurijs, Menoch. de arbitr. caſu* 167. *n.* 12. *lib.* 2.

Et ob id iniuria illata Epiſcopo, vel Abbati etiam leuis dicitur atrox, *Franc. Marcus deciſ.* 904. *Plaza Epitom. delict. cap.* 16.

Verum quia deffiniri non poteſt, quę iniuria dicatur atrox, vel leuis, & à futuro dependet euenit, & ob id iudices
3 arbitrio relinquitur, qui conſiderata iniuria, & qualitate perſonæ, arbitrabit grauem, vel leuem, *Tiraq. in repetit. l. ſi vnquam in verbo omnia, C. de reuocand. donationibus, c. ad aures de pœnis, Abb. in cap. cum illorum de ſent. excomm.*

Ampliatur primò, nam poteſt etiam iure patronatus priuari, ſicut legata-
4 rius, qui propter atrocem iniuriam cõtra teſtatorem illatam priuatur legato, *l. fin. C. de reuocand. donationibus.*

Ita etiam poteſt iure patronatus priuari, *c. vltimo de donationibus*, facit, *c. cum ſit*, iuncta *gloſ. in verbo contra eccleſiam de poſtulando, Rebuff. prax. beneficiaria in tit. de modis amittendi beneficia in verbo ſupereſt nu.* 47. *Dom. Ioſeph Conſtantinus V.I.D. cõciuis meus, in alleg. pro illis de Vſtalianis.* Am-

Ampliatur ſecundò, in excommuni-
5 cato propter homicidium patratum in
perſonam rectoris, in qua habet ius pa-
tronatus, quia priuari poteſt iure pa-
tronatus, & deuoluitur ad eccleſiam, &
eſt priuatus vſque ad quartam genera-
6 tionem, *cap. in quibuſdam de pœnis*, &
non tranſit in fiſcum, ſed deuoluitur ad
eccleſiam, *Angel. in verbo hæreditas, Re-
buff. loco cit.*

Limita primò, non procedere, quan-
7 do excommunicatio eſſe nulla, & de
nullitate conſtaret tempore præſenta-
tionis, vel electionis, *Io: And. & Franc.
in c. dilectis de appellationibus*, quem re-
fert, & ſequitur *Anton. Gabriel comm.
concl. in tit. de probationibus concl. 8. n. 44.*

Limita ſecundò, vt procedat tam re-
8 ſpectu laicorum, quàm eccleſiaſticorũ,
gloſ. in c. cum inter de exceptionibus, quia
vtrobique militat rationis identitas, *cap.
ſollicitudinem*, & ibi DD. *de appellationi-
bus, Anton. Gabr. loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta ab eo, qui emit caſtrum
ab excommunicato, cui annexum eſt ius
patronatus valet, etiam ſi venditor in
excommunicatione perſiſtat.*

2 *Contractus factus cum excõmunicatis, va-
let etiam in vtilitatem excommuni-
cati.*

3 *Dominus poteſt requirere ſeruitiũ à vaſ-
ſallo publicè excommunicato.*

4 *Vaſſallus non tenetur præſtare ſeruitium
Domino in excommunicatione ſolemni
permanente, ſolemnis excommunicatio
quæ ſit, n. 5.*

6 *Vaſſallus cenſetur abſolutus à debito fide-
litatis, ſi dominus in hæreſim labatur,
ſed domino abſoluto tenetur obedire,
num. 7.*

QVÆSTIO XXIX.

An præſentatio facta ab eo, qui emit caſtrum ab excommunicato, cui annexum eſt ius patronatus ſit valida?

PRæſentatio facta ab eo, qui emit ca-
ſtrum ab excommunicato, cui anne-
xum eſt ius patronatus valet, & poteſt
emptor ſtatim præſentare, etiam ſi ven-
1 ditor in excõmunicatione permaneat,
*Martan. in c. ſacris n. 92. de ſent. excomm.
Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 6. n. 9.*

2 Ampliatur primò, in contractu facto
cum excommunicatis, qui valet, licet
ſit prohibita communicatio maiori ex-
cõmunicatione legatis, *Abb. in c. verita-
tis n. 35. de dolo, & contumacia*, & ita cõ-
ſului in vna cauſa Illuſtris Iuliæ Capuę
& Marchionibus Petrellæ ſocrus meæ.

Contractus tamen geſtus benè va-
let, & vim habet etiam in excommuni-
cati vtilitatem, *Specul. in tit. de procurat.
§. vltimo, Io: And. in c. 1. de iure patronatus
lib. 6. Alter. de cenſib. tom. 1. lib. 10. diſp. 4.
Nauarr. in conſ. 53. de ſent. excomm.*

Ampliatur ſecundò, in domino, qui
3 poteſt requirere ſeruitiũ à vaſſallo pu-
blicè excommunicato, *cap. inter alia de
ſent. excomm.* Faciunt ea, quæ habentur
per *gloſ.* & alios *in c. paſtoralis de appella-
tionibus, Ruding. variar. lect. feud. cap. 18.
num. 4. in fine.*

Limita primò, in vaſſallo, qui non
tenetur præſtare ſeruitium Domino in
4 excommunicatione ſolemni tamẽ per-
manente, *c. domino guerram de lege Cor-
radi c. ex literis de conſtitutionibus, Card.
Alexand. in c. 1. de controuerſia inter do-
minum, & vaſſallum de inueſtitura.*

Solemnis excommunicatio eſt ex
forma, *c. ad Apoſtolica de ſent. & re iudi-
cata, Felic. Epiſcopus Scalenſ. de cenſuris c.
16. Paul. Fuſcus Epiſcopus Rauell. in tract.
de regim. & viſitat. eccleſ. c. 14. Sayr. de cẽ-
ſuris lib. 2. cap. 30.*

Li-

Limita ſecundò, in vaſſallo qui cen-
6 ſetur abſolutus debito fidelitatis, ſi do-
minus in hæreſim labatur, *Io: And. in d. c. Ad apoſtolica, Thorus add. ad Tiraq. de priuil. cauſ. piæ priuil. 179.*

Sed domino abſoluto, & in gratiam eccleſiæ reuerſo, vaſſalli tenentur obedire, *Ruding. variar. lect. feud. c. 18. nu. 2. Sayr. de cenſuris lib. 2. c. 10. n. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum publicatio, quando præceſſit per ſententiam declaratoriam per pœnitentiam bona non recuperat.*

2 *Semel commiſſa non retractantur.*

3 *Publicatio bonorum, quando fit à iure requiritur ſententia declaratoria.*

4 *Oportet prius conſtare de crimine, & poſtea ferre ſententiam declaratoriam.*

5 *Bonorum publicatio, quando non eſt facta, ſed ſolum exercitium iurium perdidit, vt excommunicatus, vel ſchiſmaticus, & ſtatim redijt per pœnitentiam bona recuperat.*

6 *Animum redeundi præſumitur habuiſſe, qui poſt receſſum ſtatim rediјt.*

7 *Prælatus ſi in hæreſim labatur, & ſtatim rediјt per pœnitentiam bona recuperat.*

8 *Durum eſt, quod parua mora purgari non poſſit,*

9 *Factum non dicitur, niſi duret.*

10 *Humanum eſt peccare, Angelicum emendare.*

11 *Diuertiſſe non dicitur, qui ſtatim rediјt.*

12 *Alienare non dicitur, qui poſt alienationẽ in breui rem recuperat.*

13 *Statim reddere, dicitur, qui re integra recedens à fide, ad eccleſiam reddet.*

QVÆSTIO XXX.

An, & quando ex cauſa hæreſis, vel per aliquod delictum bona publicantur, an per pœnitentiam bona recuperat, & ius patronatus annexum.

PRo reſolutione quæſtionis, duos oportet diſtinguere caſus.

1 Primus eſt, quando bonorum publicatio præceſſit per ſentẽtiã declaratoriam, per pœnitentiam bona non recuperat, *Bart. in l. fin. cap. de ſent. paſſis,*
2 quia ſemel commiſſa non retractantur, *l. commiſſa, ff. de public. & vectigal. c. pen. de reſcriptis.*

Nec ius patronatus annexum bonis, *Cardinal. Alexand. in c. 1. col. 4. hic finitur lex, Rochus Curtius in tra. de iure patronatur q. 10. in verbo honorificum, & in q. 31. num. 62. gloſ. in cap. Maximum in verbo quid ſi patronus 1. q. 7.*

Et quãdo fit publicatio à iure requi-
3 ritur ſententia declaratoria, *l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci, Iaſon in l. ſi quis maior n. 21. C. de tranſactionibus, de Laurẽtijs dec. 6. n. 10.*

Et etiam in crimine notorio non debet fieri exequutio, niſi prius præceſſe-
4 rit ſententia declaratoria, *gloſ. in c. euidentia de accuſationibus*, quia oportet prius conſtare de crimine, & poſtea declarare. *De Laurentijs deciſ. Auen. 15. n. 11. Ant. Capyc. dec. 131. nu. 25. Nauarr. in conſ. 12. n. 13. de hæreticis.*

Secũdus caſus eſt, aut publicatio bonorum non eſt facta, ſed ſolum exerci-
5 citium bonorum, & iurium perdidit, vt contingit in excommunicato, vel ſchiſmatico, & ſtatim rediјt, tunc per ſolam pœnitentiam bona recuperat, & ius patronatus annexum, *gloſ. in d. c. maximum in verbo dignitate 1. q. 7.*

Nam redeunt ad eccleſiæ vnitatem, & quod abſtulit contumacia, obedientia reſtituit, *c. ex literis de conſtitutionibus.*

Et non præſumitur animum habuiſſe
6 recedendi, qui ſtatim rediјt, *l. nihil intereſt, ff. de poſt limini reuerſ. Gemin. in c. vltim. de iure patronatus lib. 6.*

7 Hinc eſt, quòd ſi Prælatus in hæreſim labatur, & ſtatim rediјt per pœnitentiã & renunciationem priſtina iura recuperat, *Abb. in c. quia diligentia de electione, Farinac. de carcerib. q. 36. n. 149. Maſcard. de probationibus concl. 266.*

Et

Et iam durum eſt, quòd ex paruo in-
8 teruallo pœnam patiatur, *Bald. in conſ. 303.* & parua mora purgari non poſſit, *Pariſ. de Syndicat. in verbo an iudex.*

Et factum non dicitur, niſi duret, *De*
9 *Laurentijs deciſ. Auen. 1. n. 10. idem in deciſ. 13. n. 17. Reg. Lanarius conſ. 7.* & hu-
10 manum eſt peccare, angelicum emendare, *c. inter hæc, el primo, de pœnit. diſt. 3. Reg. Rouit. in prag. 1. n. 5. de releg.*

11 Nec dicitur diuertiſſe, qui ſtatim redijt, *l. 2. ff. de diuortijs*, & ea, quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe, *l. lecta, ff. ſi certum petatur.*

12 Nec dicitur alienaſſe, qui poſt alienationem in continenti rem recuperat, *Aloyſ. Ricc. dec. 712. num. 16. Amend. add. ad Præſid. de Franch. dec. 227. n. 12. Rouit. in prag. 1. n. 9 de relegatis.*

13 Et ſtatim redire dicitur à fide recedens, qui re integra ante tamen probationes receptas redijt, *Calder. in tract. de hæreticis, cap. 25. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 Bonorum publicatio, quando eſt facta, eius contra quem eſt facta publicatio, fuit per Principem reſtitutus in integrum, tunc ad famam, & ad bona, & etiam ad ius patronatus bonis annexum eſt reſtitutus, n. 2.

3 Reſtitutio facta per Principem ad bona per prius alienata non trahitur.

4 Vaſſallus ſi commiſit fellaniam contra regem, & propter quòd bona fuerunt confiſcata, & alienata, reſtitutio non extēditur bona alienata.

5 Princeps non cenſetur aliquid facere cum alterius præiudicio, nec cenſetur alteri ius quæſitum tollere, nu. 6. hoc procedit quando ſimpliciter aliquid ſtatuit, nu. 7. ſecus autem, quando aliquid expreſsè ſtatuit, n 9.

9 Rex pro bono pacis, poteſt bona rebellibus reſtituere.

10 Dominus pro habenda pace ſui territorij, et Regni poteſt caſtrum vnius alteri dare, & emptores bonorum rebellium cogi ad ea reſtituenda primis dominis, n. 11.

QVAESTIO XXXI.

An, & quando bonorum publicatio fuit per Iudicem facta, per aliquod delictum, & is cōtra quem fuerunt bona publicata fuit per Principem reſtitutus in integrum, an ius patronatus bonis annexum recuperet?

BOnorum publicatio, quando fuit facta per Iudicem, & delinquens fuit per Principem reſtitutus in integrum,
1 ad quem ſpectat ad bona, & ad famam reſtituere, *Bart. in l. infamem, ff. de publicis iudicijs, Menoch. de arbitr. q. 92. lib. 2.*

2 Et tunc, quia ad honores, & ad famam, & ad bona fuit in integrum reſtitutus, & etiam ad ius patronatus bonis annexum, *Cardin. Alexand. in c. fœminā, per quos fiat inueſtitura, gloſ. in c. maximū in verbo dignitate 1. q. 7. Abb. in c. quia diligentia de electione*, tacit, *tex. in l. ſed & ſi ff. de in ius vocando*, vt accesſorium ad principale, *c. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. C. de iure*, iuncta, *glo. de iure patronatus.*

Ad bona per prius alienata reſtitutio
3 non trahitur, *Bart. in l. fin. de ſent. paſſis, Rochus Curtius in tract. de iure patronatus in verbo honorificum q. vlt. in fin.*

Hinc eſt, quòd ſi aliquis vaſſallus cō-
4 miſit felloniam contra Principem, propter quòd bona fuerunt confiſcata, & alienata per fiſcum, ſi pendente illo tēpore, qui fecit felloniam, fuit per Principem reſtitutus, illa reſtitutio nō trahitur, nec extenditur ad bona per prius alienata, *c. quamuis de reſcriptis, Tiraq. in tract. de iure primog. q. 24. Menoch. de arbitr. q. 48. lib. 1.*

5 Ratio eſt, quia Princeps videtur reſtituere illa bona, quæ poteſt ſua alterius præiudicio, *Angel. in conſ. 139. nu. 2. Iaſon. in conſ. 237. Decius in conſ. 10. viſo puncto*, & ita ſcripſi in vna cauſa Illu-

ſtris

ſtris quon. Dominæ Victoriæ Scafardæ matris meæ, dilectiſſimæ filiæ, qu. Federici Scafardi Regij Aduocati Fiſcalis in Prouincijs Capitinatæ, & Comitatus Moliſij, & ex olim Baronibus Caſtri.

Nam ad ea non extenditur, ne videa-
6 tur ius alteri quæſitum tollere, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris de Franchis deciſ.* 534.

Hoc verum ſi Princeps ſimpliciter
7 reſtituat, *glo. in d. c. quamuis, quia tunc nō videtur ius alteri quæſitum tollere, Neuizan. in conſ.* 81. ſed ſi reſtituat ad bona etiā alienata reſtitutio trahitur ad om-
8 nia bona, etiam alienata, *De Laurētÿ deciſ. Auen.* 97. *Neuizan. in conſ.* 12. *n.* 16.

Quod poteſt facere, poteſt Princeps *l. item verberatum, ff. de rei vendicatione, l. Lucius, ff. de euictionib. Anton. Capyc. dec.* 69. *n.* 2. *Bal. in l.* 2. *C. de ſeruit. & aqua de Laurētÿs dec. Auen.* 12. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de reuoc. gratiar. n.* 3.

9 Et Rex probāt pacis poteſt reſtituere bona rebellibus reuocanda alienata per fiſcum, *Felyn. in c. quæ in eccleſiarum col.* 4. *de accuſationibus, Rouit. in d. pragm. num.* 41.

10 Et dominus pro habēda pace ſui territorij, & Regni poteſt Caſtrum vnius, alteri dare, *Bal. in l. quæcumque C. de fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcal. lib.* 10. *c.* 3. *§. fin.* iuncta *glo. de imm. eccl. in* 6.

Et tempore bonorū rebellium cogi
11 ad reſtituenda bona primis dominis, ſi hoc fuit in capitulis pacis conuentum, *Capyc. dec.* 69. *n.* 2. *de Laurentÿs dec. Auen.* 47. *n.* 1. *idem in dec.* 133. *per totam.*

F I N I S.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

VAL 1535332

INDEX
RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc volumine continentur.

A

Abbas legatum factum eccleſiæ repudiare non poteſt irrequiſito capituli conſenſu, lib.3.q.28.n.4.fol.102.

Abbas in acquirendis conditionem eccleſiæ facere poteſt deteriorem, & quomodo intelligi debet, lib.3.q.28.n.6.f.104.

Abbas debet eſſe paratus omni poſcenti rationem reddere, lib.4.q.8.f.116.

Abbatis nomen eſt, nomen dominicum, & honorificum, oneris, & honoris, lib.4. qu.8. n.1. fol.116. & quæ requiſita interuenire debent in eius electione, n.2. ibid.

Abbatiæ aliæque Prælaturæ non pro ætate, ſed pro meritis ſunt conferendi, lib.4.q.8.n.4. fol.116.

Abbatialis dignitas inter excelſas, & ampliores dignitates connumeratur, lib.4.q.9.n.1. fol.117.

Abſens cauſa ſtudij non dicitur abſens, ſed præſens, lib.5.q.25.n.6.f.150.

Acta facta ab officiali, vel Prælato, qui communi opinione reputabatur, vel officialis, & erat in poſſeſſione Prælaturæ authoritate ſuperioris valida ſunt, lib.2 q.16.n.4. fol.52.

Acta facta per procuratorem carentem mandato per mandatum ſuperuenientem validantur, lib.3.q.6.n.13.fol.81.

Actore non probante etiam iniuſtè poſſidens eſt abſoluendus, lib.1.qu.9. n.15.fol... etiam ſi nihil probauerit, n.16.ibid.

Actus quando eſt admiſſus cum clauſula ſine præiudicio, licet ſit effectuatus cõſeruat ius tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, lib.1.q.1.n.15.f.4.

Actus factus contra iuramentum dicitur nullus, & per iuramentum fit irreuocabilis, lib.2.q.19.n.98.

Ad conſtructorem eccleſiæ ſpectat eam dotare, lib.5.q.12.f.138. & omnibus præfertur, n.3. ibid.

Ad eſſe collegij non requiritur, quòd ſit Prælatus perpetuus, ſed maior pars collegij poteſt imponere legẽ ſingulis de collegio, lib. 6. qu.3. n.3.fol.152.

Adita hæreditate, & conſtito, eſſe hæredem, poteſt præſentare ad beneficium, ſi vacat, lib.3.q.1.n.10 f.76.

Ad inquiſitionem faciendam de vita, & moribus præſentati ad beneficium non requiritur, quod præcedat infamia contra præſentatum, vel electum, lib.2.q.9.n.2.f.47.

Ad laicos poteſt ſpectare adminiſtratio in tẽporalibus eccleſiæ cum iure patronatus ex legitima præſcriptione, lib.3.q...n.2.f.98.

Ad laicum poteſt ſpectare ius præſentãdi Prælatum in collegiata eccleſia legitima præſcriptione, vel conſuetudine. lib.6. qu.14. n.4.fol.161. & tantò magis, quando præſcriptio eſt cum cauſa rationabili, nu.5. & fortius in tempore immemoriali, ibid.

Ad obtinendam victoriam agentis non ſufficit repellere ius rei, niſi actor probet intẽtionem ſuam, lib.1.qu.9.nu.17.fol.14. & quare, n.18.ibid.

Ad recuperandam quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, vel præſentandi ſufficit datio vocis in vna electione, vel præſentatione, lib.1. q.16.n.2.f.22

Agnita bonorum poſſeſſione, & admiſſa poterit bonorum poſſeſſor præſentare, lib.3.q.1. n.12.f.76.

Agnatus proximior remotiorẽ excludit, lib. 3.q.2.fol.82.

Aliena res ſi conſecratur non debet execrari, tamen faciens tenetur ad intereſſe, lib. 5. q.18.fol. 142.

Alimentorum fauor tantus eſt, quòd mulier ſub nube matrimonij lucratur alimenta, lib.2.q.22.n.1.f.60.

Alimenta adeò priuilegiata ſunt, vt ſi relinquantur vſque ad pubertatem debentur vſque ad decimum octauum annum, lib.2. q.22.n.3.ibid.

Ali-

Alimenta debent præſtari cauſa cognita, ſaltem ſummariè, & tunc non tenetur ad reſtitutionem, ſecus ſi nullo iuris ordine, quia tunc tenetur ad reſtitutionem, lib.2.qu.22. num.1. ibid.

Alimentis renunciari nō poteſt, lib.2.q.22. n.2. ibid.

Alimenta maiora præſtanda ſunt illi, qui maiora, quàm qui minora contulit ſi ambo patroni ad inopiam deuenerint, lib.6.qu.17. f.164. conſiderata generis qualitate patroni, quantitate bonorum collatorum viribus, & oneribus beneficij, n.6. ibid.

Alio exiſtente in poſſeſsione iuriſdictionis tantum acquirit iuriſdictionem exercens, reſpectu actuum quos exercuit, lib.1.qu.15. num.4. fol.26.

Aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe, lib.1.q 6.n.7. fol.9.

Aliqua ſi permittantur iuris authoritate tenetur ille, qui fecit ad intereſſe, lib.2.q.30. n.6 fol.65.

Aliquid, quando vna via prohibetur, alia concedi non debet in fraudem legis prohibentis lib.6 q.12. num.6 fol 138.

Aliquis non legitimè natus ſi impetrauit priuilegium, vt non obſtante defectu natalium valeat ad beneficium peruenire, non poterit, niſi vnicum beneficium obtinere, lib.4.q.13.n.8. f.120.

Aliquis ſi accuſauit publicè infamatum, & deficit in probatione, non debet puniri pœna talionis, lib.5.q.2.n.3 f.129. & taliter infamato, non tenetur ad fama reſtitutionem, n.4. ibid.

Ante reſtitutionem fideicommiſſi ad grauatos hæredes, vel aduenientes ab inteſtato, vel adſcriptos heredes ſpectat ius præſentandi, lib.3.q.15.n.3 f.91.

Appellatione dignitatis in fauorabilibus venit omnis dignitas etiam Epiſcopalis, lib.4. q.10.n.2. fol.118. ſecus in odioſis, num.8. ibidem.

Appellatione Prælatorum venit Abbas poſt Epiſcopum, lib.4.q.9.n.3. fol.117. & præfertur omnibus dignitatibus poſt Epiſcopū, num.4. ibid.

Appellatione coniunctorum in materia ſtricta, & pœnalium veniunt fœmina lib.5. q.23. fol.148. ſecus autem in materia indifferēti n.10. ibid.

Arbitrium debet eſſe ſale diſcretionis conditum, lib.2.q.39.n.9. fol.77.

Archipresbyter Sanctæ Mariæ della Noua patria authoris inter Prælatos connumeratur lib.4.q.1.n.6. fol.108.

Archiepiſcopus licet ſuccedat de iure communi in Epiſcopi exercitium eo negligente, non tamen pro qualibet culpa ſuccedit in illius exercitium, lib.5.q.24.n.9. fol.148. & 149.

Author commendat ſacerdotes, & clericos ſuæ patriæ de bonis moribus, & literis lib.4. q.1.§.1.n.3. fol.109.

B

Beneficium cenſetur habitum pro derelicto per deſertionem longo tempore factā, lib.5.q.8.n.9. fol.135.

Beneficij eccleſiaſtici poſſeſſor bonam fidē habens cum titulo colorato defendet poſſeſſorem aduerſus alium cum canonico titulo, lib.5.q.7.n.11. ibid.

Beneficij collatio facta ab eo, qui erat in poſſeſsione conferendi valida eſt, lib.2.q.15. num.6 fol.52.

Bona eccleſiaſtica quaſi communia Prælati diſpenſare debent in pauperum beneficium, lib.4.q.14.n.3. fol.121.

Bonam corporis figuram bonarum mentium ſignum eſt, lib.4.q.4.n.4. fol.112.

Bona fides tantum operatur, quantum veritas, lib.1 q.12.n.16 f.17.

Bona fides probatur eo ipſo, quòd non probatur contrarium, lib.1.q.13.n.4 fol.19.

